n Qm̄ nō gaudebit ⁊c.i.pp's iudaicus. o Sup me s.finalit:q⁹ cēnis iudei ō morte xpi ad horā letati fuerint:tamē post resurrectōez magis fuerunt cōtristati.q⁹ tūc fuit magis declarata gloria xpi. Sed pōt ħ queri quō xps hō q̄ habuit pfectā noticiā ab instāti sue conceptōis p suā resurrectōez cognouit erga se dilectōem vel approbatōem pris. Ad hoc dicendū q⁹ ꝓter sciam diuinā que cōpetit xpo inq̄ntum deus ponit in xpo triplex noticia a doctoribus. Prima est qua cognoscit verbuz et alia in verbo.⁊ sm istā noticiā nō cognoscit vnā creaturaz p aliam vel vnū effectū p aliū.q⁹ in hac noticia nō sunt cognitōnes volubiles ab vno in aliud transeuntes ħ p ꝓhūmediate alia cognoscunt. Secūda noticia est q̄ a principio conceptōis sue cognouit res in genere ꝓprio p scientiam diuinitus infusam:⁊ ista noticia pōt cōsiderari dupliciter. Vno mō ꝯtum ad acq̄sitōez ⁊ sic nō cognoscit vnū p aliud:q⁹ cognitio oīm que sic cognoscit simul sibi fuit infusa. Alio mō ꝯtum ad vsum.⁊ sic bene cognoscit vnum p aliud:sicut habens noticiā acquisitam vtendo ea aliqñ ꝓcludit effectū p cām vel ecōuerso ⁊ vnū simile per aliud ⁊ sic de alijs modis cōcludēdi .⁊ ħ mō xps Mat.xvij.cū q̄siuisset a petro. Reges terre a quib⁹ recipiūt tributū:a filijs suis an ab alienis.rndit petrus ab alienis:ꝓclusit xps q̄ filij sunt liberi. Tercia cognitio est exp̄imentalis que sit acq̄sita per lumē intellectus agētis.⁊ ista cognouit vnū p aliū ⁊ nō solū ꝯtū ad vsuz ħ etiā ꝯtū ad acq̄sitōez. ⁊ sm ħ de xpo dic apl's Heb.v. Didicit ex his q̄ passus est obedientiā p Ne aūt ꝓpt ⁊c.lz eñ xps nō meruēit gl'am aie sue quā ab instāti sue cōceptōis habuit tamē meruit gl'am corpis ⁊ suā exaltatōez ⁊ ꝯtum ad ħ dic. p Ne aūt ꝓpter innocentiā.i. ꝓpt meritū innocētis vite. q Suscepisti.corpus gloriosum mihi cōferēdo ⁊ in eodem ad re assumendo:sm q⁹ dr Mar.vlt. Et domin⁹ q̄dez ihs postq̄ locut⁹ est eis assumpt⁹ est in celū. Et q⁹ hec assumptio est stabilis sm q⁹ ibidē subdit.⁊ sedet a dextris di.ió seq̄t. Et confirmasti me i ꝓspectu tuo ineternuz. Oltio i fine psal. ꝓpha dō gias agit de pdictis.d. r Benedict⁹ dñs deus israel.q⁹ ħ sit ds oim p creatōnez:tñ dicebat de⁹ isrl p debitū cultū et verā fidez s Fiat fiat.in hebreo āt hr. Amē amē.q⁹ imporat veritatis confirmationem.

Jn psal.xl. Beatus q̄ intelligit.vbi dr in postil. Sed pt. queri quomodo xps homo. Additio.

Et q⁹ defacili pt solui ex mō loqndi sacre scripture. Consueuit eñ scriptura de deo etiā sm deitatez aliqua dicere q̄ ei nō ptinent sm suā eternā noticiā sed solū sm suū effectū:co mō quo Geñ.xxij. legit. Nūc

cognoui qm̃ times deū:qđ cõiter exponit. Nũc alios feci cognoscere. Vnđ a fortiori pñt exponi hec ꝟba ps.ſ. In ꝟ cognoui qm̃ voluisti me.i. alios cogscere feci. Et sic in hoc loco nõ requirit altior altercatio. Replica.

1 In psal. Beatꝰ qui intelligit circa illũ passum. In ꝟ cognoui qm̃ voluisti me. postil. mouet qõnez q̃ genẽ noticie xp̃us cepit cogscere: ꝛ bñ soluit vide ibi. bur. aũt nitit ire p cõpen diũ volẽs hũc passũ exponi sic illũ: geñ. xxij. Nũc cognoui. i. cogscere feci: ꝟ expositio hec b. Aug. xvj. de ciui. c. xxxvij locũ hz vbi scriptura loquit de nouita te cognitõis dei: hic aũt agit de nouitate cognitõis humanitat̃ ad deũ. Verũ tñ eã expositõez sup allegatũ locũ geñ. burg. abjcit. ꝛ q̃uis sit be. Aug. ꝓtenit. hic aũt ꝫ postil. cũ nõ hẽat locũ grãdipendit: qđ est signũ incircũspecti vel inuidi.

Psal. xlj.

Quemadmodũ desiderat. Huic ps. ꝓmittit talis ti. in hebreo. Ad victoriã eruditio filijs chore ꝛ hic dictõni filijs ꝓponit lra lamech ad designanduz q̃ est datiui casus et est sensus. q̃ ps. iste est eruditio facta filijs chore a deo p spm̃ ꝓpheticũ: q̃ cantand⁹ est a leuit̃cũ quodã conatu victorie: sic supra frequẽter expositũ ẽ. Cũ ſm Aug. qui dicit oms ps. factos a dauid: iste ps. denoiatur a filijs chore: nõ q̃ ab eis factus: ꝟ q̃ ab eis decantandus. Sz ꝛtra hoc videt: q̃ licet filij chore fuerit de leuitis tñ nõ fuerũt cautores ꝟ ianitores: vt hĩ. j. Paralyp. xxvj. Item Ezech. ſa. ꝛ alij doctores hebrei ꝛ hiero. quib⁹ in ꝟ magis est credendũ vt vĩ dicũt q̃ iste ps. fact⁹ fuit a filijs chore: vtrũ aũt ab vno vel a plurib⁹ eoꝝ nõ inueni dictum ab hebreis. Sz hiero. vĩ sentire q̃ fuerit fact⁹ ab vno: q̃ inf filios chore fuit excellentioꝝ. vñ ꝛ in transla. iuxta hebreũ potñit talem titulũ. Pro victoria doctissimi filioꝝ chore: nec ꝟ dictũ infringit: q̃ hoc q̃ in ti. hebraico in plurali dr. Filijs chore. sic de alio libro vel tractatu edito ab aliquo fratre minore frequẽter dr. hec est doctrina fratrũ minorum. Sciendũ igit: q̃ licet filij chore p̃ fuerint cũ p̃re suo in illa rebellione ꝫ moysen: de q̃ hĩ Nũe. xvj. tñ audita reprehensione moysi penituerũt: alijs tñ se elongãtib⁹ a tabernaculis chore ꝛ sibi adherentiuz remãserũt: vt psuaderẽt p̃fato q̃ peniteret ꝛ obediret moysi: q̃ nõ acq̃escente rupta fuit terra: ꝛ chore cũ sibi adherentib⁹ penite factũ est grande miraculũ vt filij ei⁹ nõ perirẽt: ſm q̃ dr Nũe. xvj. vbi istõ miraculũ fuit pleni⁹ expositũ: ꝛ j. pleni⁹ dicit ps. xlv. Extũc aũt filij chore totis viscerib⁹ cõuersi sunt ad dñm ꝛ de⁹ dedit eis spm̃ ꝓpheticũ: ꝛ multa de futuris ꝓphauerũt: ꝛ ps. fecerũt: q̃ꝝ iste est vn⁹: in q̃ agit de statu ppli isrl exũtis in captiuitate babylonica: quã ꝓuiderũt in spũ. Et diuidit i duas ptes: q̃ꝝ p̃ a dicta captiuitate liberatio postulat. ꝛ secũdo ad ꝟ rõ allegat: ibi. Judica me de⁹. q̃ lz sit ps. distinctus ab isto apud nos. ꝛ in transl. hiero. in q̃ ponit. xlij. propter qđ sic q̃tani. q̃uis aliter nõ distinxerim: tñ nõ distinguit apud hebreos. Pria in duas: q̃ꝝ p̃ describit desiderium liberatõis: scđo tediũ dilatõnis: ibi. Fuerunt mihi lachryme. Circa primũ in psona deuotoꝝ iudeoꝝ in captiuitate babylonica exũtiũ dr. a Quẽadmodũ desi. cer. ꝛc. ꝫ vegat⁹ a venatorib⁹ ꝛ calefact⁹ multũ desiderat aquam. b Ita deſi. ꝛc. i. vt reducar ad locũ tui cult⁹. ſ. in irlm q̃m de⁹ ad ꝟ elegerat: vt hĩ. ij. Paralip. vi. c Sitiuit. i. summe desiderauit. d Ita mea ad deũ fort. vi. sic ẽ in hebreo. ꝛ in trãsla. hiero. iuxt̃ hebraicũ. Sz vicio scriptoꝝ positũ est fontẽ in libris nr̃is cõiter pp lr̃aꝝ similitudinẽ: vel ex imperitia aliq̃ꝝ correctoꝝ q̃ ex ig̃rantia vitat̃ hebraice posuerũt ꝟ fontem: eo q̃ ꝓmittit. Quẽadmodũ desiderat cerus⁹ ad fontes aq̃ꝝ ꝛc. e Q̃n veniã ꝛc. i. in loco cult⁹ dini: ꝟ mõ loquit scptura Exodi. xxiij. ter in ãno apparebit oñe masculinũ tuũ corã domino deo tuo.

l meã: qm̃ transibo in locum
m tabernaculi admirabilis:
n o vsq̃ ad domũ dei In voce
p exultatõis ꝛ ꝓfessiõis son⁹
q epulãtis. Quare tristis es
aia mea: ꝛ quare cõturbas
r s me? Spa in deo: qm̃ adhuc
t ꝓfitebor illi: salutare vult⁹
v x mei ꝛ deus meus: Ad me-
y ipm̃ anima mea cõturbata
z est: propterea memor ero
z tui de terra iordanis ꝛ her
a monijm a monte modico:

f Fuerunt mihi. ꝟ p̃ñr describit tediuz dilatiõis. ꝛ p̃ ex tpis longitudie: scđo ex afflictõnis multitudine: ibi. Abyssus. prima i duas: q̃ꝝ i p̃ exprimit tediuz: scđo subdit aliq̃le solatiũ ibi. Quare tristiz es. Circa primũ dicit. f Fuerũt mihi lachryme mee. q̃ populꝰ deuotꝰ frequẽter lachrymabat in babylone, p captiuitatẽ longitudine magz amore cult⁹ diuini q̃ patrie. vtrũq̃ em̃ erat tũc desertũ. g Panes die ac nocte. q. d. iste lachryme ex tedio ꝓcedẽtes auferebant mihi appetitũ comedendi: sic dr de anna. j. Reg. j. Porro illa flebat: ꝛ nõ capiebat cibũ. h Dum dr mihi q̃tidie. a babyloniis mihi exprobrãtib⁹. i Vbi ẽ de⁹ tuus. q. d. nullius vrtut̃ est: q̃ nõ p̃t ꝑp̃m suũ a captiuitate liberare: ꝛ de talib⁹ blasphemijs ꝫ deũ affligebant boni iudei supra modũ: iõ subdit. k Hec recordar⁹ sum ꝛc. cuz lachrymis orãdo. Hoc mõ dicebat anna. j. Reg. j. q̃ flendo orabat. Vinũ ꝛ oñe qđ inebriare potest nõ bibi: ꝟ effudi aiam meã in ꝓspectu dñi. l Q̃m transibo in locum tabernaculi. i. in irlm vbi dauid p̃ fecit tabernaculũ ad reponendũ archã dei. m Admirabilis. q̃ ibi dabant diuina rñsa ꝛ mirabilia. n Vsq̃ ad domũ dei. q̃ ibi fuit edificata dom⁹ dei p salomonẽ: ad quã translata fuit archa de tabernaculo qđ dauid fecerat: vt hĩ. iij. Reg. viij. o In voce exultatõnis ꝛ ꝓfessionis. ſ. diuine laudis: ibi em̃ leuite diuinas laudes cantabãt cum mentis exultatõne.

p Sonus epulantis. In translatõne hiero. iuxta hebreum habet. Multitudinis festa celebrantis. ꝛ tunc est plana litera. ad idem aũt potest referi quod dicit hic.

p Sonus epulantis. q̃ nõ solum leuite diuinas laudes cantabãt in pacificoꝝ oblatõne: ꝟ etiã offerentes: quoruz vna pars illius oblatõnis erat: de illa epulabant leta nter coram dño. q Quare tristis. hic ꝑñr ponit aliqualẽ solatium qđ surgebat ex hoc q̃ popul⁹ deuotus firmiter sperabat ab illa captiuitate liberari: sicut p hieremiã et alios ꝓphetas fuerat dictum: ꝓpter qđ sic dicebat populus deuotus loquendo sibi ipsi. q Quare tristis es aia mea. q. d. recipias ꝑsolatõez: ꝛ subdit cãm. r Spera in dño. firmit̃ ab eo expectãdo liberatõnez. s Q̃m adhuc ꝓfitebor illi. ꝓfessiõe laudis i loco deputato suo cultui: ꝛ qualis futura sit hec ꝓfessio subdit. t Salutare vult⁹ mei. i. dans mihi leticiã salutis. v Et de⁹ me⁹. tu es supple: ꝛ nõ alius. x Ad meipm̃ aia mea. ꝑturbata est ꝓpter p̃dicta. y Propterea ad aliqualẽ meã ꝑsolatõez. z Memor ero tui de terra iordanis. i. bñficioꝝ q̃ fecisti in terra iordanis q̃ꝝ fecisti p̃res nr̃os trãsire p alueũ arentẽ: ꝛ postea aq̃ fuerũt ſm cursum suũ: vt hĩ Josue. iij. a Et hermonij. i. de mirabilib⁹ factis in terra: q̃ sic noiata est a monte hermõ: ꝛ est ꝓpe iordanẽ. a Ab mõ. mo. q̃ ille mõs hermõ ẽ modic⁹ respectu mõtiũ i trã illa exũtiũ. Dic tñ ra. ſa. q̃ modicus ꝟ dr mõs synai: q̃ ẽ modic⁹ respectu montiũ in quibus mortui sunt aaron ꝛ moyses. in illo aũt monte dedit deus populo israhel beneficium legis: vt hĩ Exod. xix. et xx. Istoꝝ autẽ beneficioꝝ recordabant iudei i captiuitate

babylonica positi ad suā consolatōnez.q; ex illis habebāt spem sue liberatōnis.q; sicut dicit greg.omel.j. Sequentium rerū certitudo est p̄teritoꝝ exhibitio. b Abyssus Hic cōsequēter describit tediū dilatōis ex afflictōis multitudiez mixtim describit hic multiplex afflictio ⁊ interposita p̄solatio:dicit ḡ

b Abyssus abyssū inuocat.i. vna afflictio aliam. Dicit ei cōiter q; vnū dānuz siue maluz nō venit solitarū: ꝫ adducit secum alia.⁊ sic fuit in p̄posito q; cū malo captiuatōis ⁊ terra p̄dia euenit iudeis malū opp̄ssionis in seruitute ⁊ laboribus duris ⁊ cōtemptibilib⁹ vbis ⁊ huiusmōi. c In voce cataractarū.cataracte dei dicūtur fenestre celi:que p q̄ndaz similitudinē vident apiri i voce tonitrui ⁊ fulguris ⁊ pluuiarū magnarū in talibus descēdentiū:sm q; dicit Gene.vj.de diluuio: et cataracte celi apte sunt:⁊ p hanc siℓitudinē denotat multitudo ⁊ magnitudo afflictionū:q̄ sup populū israel venert tpe captiuitatis babylonice iusto dei iudicio p̄ sua iniq̄tate.ideo subdit d Oēmia excelsa tua ⁊ fluctus tui.i.pene inflicte a superioꝝ⁹ ⁊ inferioꝝ⁹ e Sup me transierūt sicut aque nimie terrā cooperiunt Verūtamē q; in talibus dz hō patientia.iō subdit. f In die mādauit ꝛc.p diem intelligit tp̄us p̄speritat̄:⁊ p noctē tp̄s aduersitatis.Est igit sensus:q; sicut de⁹ in p̄speritate ondit misēdam suā hominib⁹ ita tēpore aduersitatis q̄ ostendit iusticiā suā nō debz omitti canticū laudis eius: sm q; dictum fuit supra psal. xxxiij. Iudicā dōm in oī tpe.i.tēpe p̄speritatis: ⁊ aduersitatis.iō subdit. g Apud me oratio deo vite mee.id ē directa deo qui est autor ⁊ cōseruator vite mee h Dicam deo suscepto⁹ me⁹es.q; pp̄m isrl̄ suscepit tanq̄ sibi peculiarē educēdo de egypto mirabilit ⁊ dādo ei legem.

i Quare oblitus es mei.dimittēdo me tādiu in captiuitate:licet em̄ obliuio nō cadat in deo:tñ ad modum obliuiscētis se habet q̄n petētib⁹ auxiliū nō p̄bet. k Et q̄re cōtristatus incedo.per viā huius vite. l Dum affligit me inimicus.i.populus babylonicus. m Dū confringunt ossa mea.laboribus duris ⁊ verberibus: sicut in egypto fuerunt afflicti.vt p̄z Exo.v. n Exprobrauerūt mihi.verbis duris ⁊ blasphematoriis.iō subdit o Dū dicūt mihi ꝛc.⁊ exponat sic̄ supra p Quare tri.es ani. mea. Hic interponit cōsolatio ex spe liberatōnis. ⁊ expo natur sicut supra. In psal.xlj.Quemadmodū.vbi dicit in postilla. Iste psal.denotatur a filijs chore. Additio.

Non h̄ in lr̄a in.j. Paral.xxvj.q; filie chore sic simpliciter notati fuissent ianitores ꝫ quidā chorei tantū de filijs asaph.vñ sic ex ℏ q; aliq̄ de filijs asaph fuerunt ianitores:nō h̄ q; asaph nō esset de cantoribus. sic eadem rōne ex ℏ q; aliqui chorei erāt ianitores.nō sequit q; oēs filij chore essent ianitores.vñ illa auctoritas per postil.allegata nō facit cōtra opinionē be. Aug.m⁹ti em̄ doctores hebreoꝝ maioris auctoritatis apud eos q̄ ra.sa.tenent dō fuisse auctorē oīm psal.dicere autē q; filij chore a tpe p̄dictōnis patris eoꝝ qō fuit in defto habuerūt spiritū p̄phetic̄ .videt oino irrationabile.tū q; sine fundamento alicuius auctoritatis sacre scripture.tū q; nō est verisiℓe q; in tā longis tp̄ibus que fluxerūt a tpe moysi vsq; ad tp̄s dauid nō fuisset facta aliqua mētio in aliqua hystoria Jo sue vel iudicū vel samuelis ō ip̄is filijs chore si fuissent p phete vt postill' seq̄ndo Ra.sa.videtur velle. Ite de asaph eman ⁊ iditū non legit aliq̄ō miraculū in lr̄a. nec in dictis

b Abyssus abyssum inuocat
c in voca cataractarū tuaruz
d Omnia excelsa tua ⁊ fluct⁹
e f tui:sup me transierunt. In
die mādauit dñs miaz suā
g ⁊ nocte canticū ei⁹. Apud
b me oꝛo deo vite mee:dicaz
i deo susceptoꝛ me⁹es Qua
k re oblitus es mei: ⁊ quare
l cōtristatus incedo dū affli-
m git me inimicus. Dum con
n fringūt ossa mea:exprobra
uerunt mihi qui tribulant
o me inimici mei. Duz dicūt
mihi per singlos dies vbi
p est deus tuus: quare tristꝛ
es aia mee ⁊ q̄re cōturbas
me. Spera in deo q̄m ad-
huc cōfitebor illi: salutare
vultus mei ⁊ d̄r meus.

a Iudica me ps̄. xlij.
b d̄s ⁊ discerne cām me
c az de gēte nō sancta:ab ho
mine iniquo ⁊ doloso erue
d me. Quia tu es deus fortī-
e tudo mea:quare me repuli
f sti ⁊ q̄re tristis icedo dū af-
g fligit me inimicus. Emitte
h lucem tuam ⁊ veritatē tuaz
i ip̄a me deduxerūt ⁊ adduk
xerunt in montē sctm̄ tuum
l/m et in tabernacula tua. Et in
n troibo ad altare dei: ad de
um qui letificat iuuentutez
o meā. Confitebor tibi in ci-
p thara deus d̄s me⁹:q̄re tri

expositoꝛuz ⁊ tñ eis intitulant p̄les ps̄. vt p̄z psal.discurren ti. Et iō ista que ō p phetia filiorū chore narrant.vident magis ficticia q̄ vera: ex quibus cuz aliis q̄ dicta fuerūt in additōne supra primū psal.videt q; opinio Aug.stat i suo vigore.

Replica.

Circa psalmū. Quēadmodum monet burgen.differentias inter be. Hiero.⁊ bestuz Aug.auctoritatibus psalmoꝝ. ō q̄ busvide circa psal. primū. ps̄. xlij.

Iudica me. Postq̄m postulata est liberatio. Hic p̄fr ad ℣ allegat rō.⁊ accipit ex malicia gentis babylōice que erat dedita ydolatrie:⁊ iō rōnabiliter videbatur q; ppl's deū colens ab eius fultute liberaret.⁊ ℣ est q̄ō d̄r. a Judica me deus.i.fm iudiciū tuū iustum libera me. b Et discerne cāz ꝛc.i.babylonica dedita. c Ab homīe iniquo ꝛc.q; ppl's babylonic⁹ nō solū male se habebat erga deū q; ydolatriā ꝫ etiā erga homines q; iniusticiam. Et cā dicte liberatōnis allegatur:cū subdit. d Quia tu es deus fortitudo mea.q.d. nō possum liberarī per me ꝫ solū ex tua fortitudie. e Quare me repulisti.a ciuitate ⁊ terra deputata tuo cultui. f Et quare tristis incedo ꝛc.exponatur sic̄.ℊ. g Emitte cē tuā.ad educendū nos ō terra babylonica:sicut emisisti ad educendū patres nr̄os de egypto:sic̄ h̄ Exo.xiij.Nū ꝫ defuit colūna nubis p diem:nec colūna ignis p noctē cozā pp̄lo h Et veritatē tuā.q̄ promisisti q; moysen nos liberare de captiuitate qñ reuerteremur ad te: Deut.xxx. Si ad cardines fueris dissipat⁹:inde retrahet te dñs deus tuus ad terrā quā possederūt p̄res tui. i Ipa me deduxerūt.i.deducent:loquit̄ p̄pheta de futuro p modū p̄teriti p̄pter certitudinē p̄phetie:⁊ h̄ modus loquēdi frequēs est in p̄phis.vñ Esa.ix.d̄r de xp̄o p̄totūc futuro. Parulus natus ē nobis k In montē sanctū tuū. Iste est mōs moria:vbi salomon edificauit templū.vt h̄r.ij.paly.iij. l Et in tabernacula tua.dicunt hic tabernacula loca que erant circa tēplū oꝛoni deputata m Et introibo ad altare.i.ad offerendū sacrificia ⁊ oblatōnes q̄ offerebant in altari holocaustoꝝ:⁊ ad offerendū thymiama sup altare incensi. n Ad deū q̄ letificat ꝛc.inuent⁹ aūt ppl's iudaic fuisse exitu de egypto:fm q; dicit d̄s p Hiere.ij.ca. Recordat⁹ sum adolescētiā tuā qñ secuta es me in deserto. Et ista inuentus fuit q̄dammō renouata in liberatōe pp̄li ō captiuitate babylonica fm q̄ d̄r.j.p̄s.cj. Renouabit vt aq̄le iuuentus tua. o Cōfitebor tibi in cithara.q; diuine laudes cātabant a leuitis nō solū hūanis vocib⁹ ꝫ etiā musicis instrumētis vt h̄r.j.paral.xxv. p Quare tri. es aia mea: exponat sic̄ supra. Mystice posset exponi psal.iste a principio. Quēadmodū desiderat ꝛc.de qualibet p̄sona vento q̄ considerans miseriam p̄ntis vite reputat se esse in captiuitate babylonis que confusio interp̄retat.⁊ ideo totis

ꝓcordijs suspirat de pñti seculo neqtã eripi ⁊ ad terrã suã que est terra viuentiũ ꝓduci: ſm q̃ dicebat paulus apl's ō seipso: Phili. j. ca. desideriũ habens dissolui ⁊ esse cũ chri sto: ⁊ ideo talis ꝑsona sic deuota plangit se esse in miseria vite pñtis: ⁊ deꝓcatur ꝓduci ad gloriã celestis vite vbi deum ſnum videbit facie ad faciem: et vbi erit laus itegr: ſm q̃ dr̃. j. ps. lxxxiij. Beati q̃ hab. in do. tua dñe: in secula seculorũ laudabunt te. Et huic ſnie ꝑsideranꝫ prędictis posset lr̃a h̄ps. facilit̃ applicari: pp q̃ ꝓtranseo: ⁊ quia sensui lr̃ali insistere ꝓpono ſm gr̃am a deo mihi datã.

Psalm⁹. xliij.

Deus auribꝰ nr̃is audiuimus pr̃es nostri annũciauerũt nob. Opus q̃ operatus es in diebꝰ eoꝝ ⁊ in diebꝰ antiq̃s. Manus tua gẽtes dispdidit: ⁊ plãtasti eos: afflixisti pp'los: ⁊ expulisti eos. Nec eñ in gladio suo possederũt trãz ⁊ brachiuz eoꝝ nõ saluabit eos. Sz dextera tua ⁊ brachiũ tuũ ⁊ illũminato vultꝰ tui: qñ complacuisti in eis Tu es ipse rex meꝰ ⁊ deus meus: q̃ mãdas salutes ia

stis es anima mea ⁊ quare cõturbas me. Spera ī deo qñ adhuc ꝓfiteboꝝ illi: salutare vultus mei et deus meus.

Ad victoriã filijs chore eruditio.

Psal. xliij.

Deus auribꝰ nr̃is audiuimus pr̃es nostri annũciauerũt nob. Opus q̃ operatus es in diebꝰ eoꝝ ⁊ in diebꝰ antiq̃s. Manus tua gẽtes dispdidit: ⁊ plãtasti eos: afflixisti pp'los: ⁊ expulisti eos. Nec eñ in gladio suo possederũt trãz ⁊ brachiuz eoꝝ nõ saluabit eos. Sz dextera tua ⁊ brachiũ tuũ ⁊ illũminato vultꝰ tui: qñ complacuisti in eis Tu es ipse rex meꝰ ⁊ deus meus: q̃ mãdas salutes ia cob. In te inimicos nr̃os ventilabimꝰ cornu: ⁊ in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Nõ ei in arcu meo sperabo: ⁊ gladius meus non saluabit me. Saluasti enim nos de affligentibus nos: et odientes nos cõfudisti. In deo laudabimur tota die: et ī noie tuo ꝓfitebimur in seculum Nũc aũt repulisti: ⁊ confudisti nos: ⁊ non egredieris ī virtutibꝰ nostris. Auertisti nos retrorsum post inimicos nr̃os ⁊ q̃ oderũt nos diripiebãt sibi. Dedisti nos tanq̃s oues escay: ⁊ in gentibꝰ dispersisti nos. Vẽdidisti populum tuum sine precio: et non fuit multitudo: in commutatõnibus eorũ Posuisti nos obprobriuz

ras mirabiles q̃s ōs dabat eis: attribuebãt eas dñe virtuti ⁊ ita sperabãt de futuris: ⁊ iõ sic dicebãt Tu es ipse rex meꝰ. p spãlez gubernatõez: pp q̃ etiam deꝰ dedit illi ppl'o legez ſm q̃ dr̃. j. psal. cxlvj. Nõ fecit talit̃ oi natõni: ⁊ iu. sua ſmanif. eis. Et h̄ fuit q̃ xp̃c de illo populo erat nasciturus.

b Et deꝰ meꝰ. p spectalẽ cultũ.

i Qui mã. salu. ias. i. victorias in bellis ppl's eñ iudaicꝰ exiuit de Jacob p. xij. pñarchas. a quibus denoiate sr̃t. xij. tribꝰ isrl̃. k In te. i. p tuã virtutẽ. l Inimicos no. ven. i. fugere faciemus.

m Cornu. i. ptãte nob a te data. Sic̃ eñ de ꝓterito ⁊ ō ꝓsenti hẽbant victorias ꝑ virtute dei: ita sperabãt de futuro. n Et in noie tuo ꝛc̃. i. nullo mõ timebimus de eoꝝ insultibꝰ de tua virtute ꝓfidentes: iõ subdit̃ o Non eñ in arcu meo ꝛc̃. ⁊ pz lr̃a vsq̃ ibi. p In deo laudabimur tota die. i. si laudemur de talibꝰ victoriis: totum attribuat deo: ⁊ nõ nobis. q Et in noie tuo cõfitebimur, ꝓfessione laudis ꝑ bñficijs collatis nob. r In seculũ. hoc est semp in futuro. s Nũc aũt. Hic ꝓpr̃ recolunt miserie in quibꝰ erat ppl'us iudaicus tpe antiochi regis: cũ dr̃. Nũc aũt repulisti. q: videbat gens iudeoꝝ a deo repulsa: sic̃ mulier cui dabat libellus rapudij.

t Et ꝓfu. nos. Vñ dr̃. j. mach. j. Et vniuersa domꝰ iacob iduit ꝓfusionẽ: ⁊ maxie q: antiochꝰ rex posuit abomiandũ ydolũ desolatõis sup altare dr̃: vt dr̃ ibidẽ. v Et ñ egre. ꝛc̃. in heb. ⁊ in trãslatõe hiero. h̄. In exercitibꝰ nr̃is: ⁊ idez ẽ tũ q: iudei nõ poterãt tũc ꝓgregare exercituz: tũ q: si tũc ꝓgregarẽt: pugr̃e tã ꝓ antiochũ regẽ ñ auderẽt. x Auertisti nos re. ꝛc̃. i. fugẽ nos fecisti: ⁊ inimicos nos iseq̃. vñ dr̃ j. mach. ij. q̃ matathias ⁊ filij eiꝰ fugerũt ad mõtes: ⁊ q̃ multi secuti fuerũt eos. y Et q̃ ode. ꝛc̃. q: ãtiochus ⁊ milites sui rapiebãt bona iudeoꝝ. z Vendidisti nos ꝛc̃. q̃ inficiũt vt evant: sic̃ tpe antiochi multi de iudeis valde fuerũt infecti. a Et in gentibꝰ dispersisti nos. q: multi de eis tunc fuerũt capti: ⁊ alijs gentibꝰ in seruitutẽ vẽditi. b Vendidisti pplm tuũ sine ꝓcio. tot eñ de iudeis vẽdebant q̃ dabant ꝑ modico ꝓcio: q̃ q̃si ꝑ nihilo reputabat: iõ subdit̃. a Et nõ fuit multitudo. scz pecunie vel ementium. b In ꝓmutatõnibꝰ eoꝝ. ⁊ ꝓpter hoc ꝓcium erat modicũ ⁊ quasi nullum: quia pauci erant emptores respectu vendentium. De hac autem venditõne iudeoꝝ ⁊ captiuatiõe ⁊ occisione dicit̃. ij. Mach. v. Erant aũt toto triduo. lxxx. milia interfecti. xl. milia vinci. nõ minus aũt venundati. c Posuisti nos obprobriũ vicinis nostris. i. gentilibus qui erãt circa terrã ꝓmissionis: qui gaudebant de infortunio iudeoꝝ exprobrãtes eis ⁊ deridẽtes eos: iõ subditur.

ſtra filijs chore: vt supra dictũ est: ita q̃ in hoc ps. recordãtur bñficia ppl'o isrl̃ ꝓstita ⁊ miserie in quibꝰ erat in babylone: ⁊ petit̃ liberatio ab ipsis: ꝛ ſm hoc ps. iste nõ differt a ꝓcedente in ſnia nisi forte modicũ ꝓpter q̃ alij exponũt de statu ppl'i in captiuitate facta ꝑ romanos: in qua sunt mõ. Sed h̄ nõ videt rõnabiliter dictũ: q: ab ista captiuitate nõ reducent ad terrã natiuitatis sue. Vñ dr̃ Lu. xxj. de ista captiuitate. Captiui ducent in oñs gentes: ⁊ hierlm a gentibꝰ calcabit̃: donec impleant tpa nationũ. Et ideo de ista captiuitate nõ diceret ꝓpha illud q̃ ponit̃ i fine huius ps. Exurge dñe adiuua nos: ⁊ redime nos ꝛc̃. Et iõ saluo meliori iudicio mihi videt melius dom: q̃ ps iste sit factus de psecutõne quã sustinuit ppl'us iudaicus sub antiocho nobili: vt h̄r. j. ⁊. ij. macha. quã in spũ ꝓuiderũt filij chore Scom hoc igit̃ iste ps. diuidit̃ in tres ptes: q: ꝑ describit antiquoꝝ dei bñficioꝝ recordatio: scõo pñtium malorum deploratio: ibi. Nũc aũt repulisti: tercio ꝑ liberatõne deprecatio: ibi. Hec oia. Prima adhuc in duas: q: ꝑ recordantur ꝓterita facta: scõo verba: ibi. Tu es ipse. Circa primuz dr̃. a Deꝰ auribꝰ nr̃is audiuimꝰ ꝛc̃. ſm q̃ dicit ysa. sa. ⁊ bñ. ex ista lr̃a pz q̃ filij chore nõ loq̃bant ꝑ seipsis: q: mirabilia q̃ fecit deꝰ in exitu de egypto ⁊ in deserto ppl'o isrl̃ nõ cognouerũt ꝑ narratõez patrũ suoꝝ. q: ipimet oculis ꝓprijs viderũt: ⁊ iõ loquunt̃ ꝑ ppl'o tũc futuro: q̃ impletũ fuit tpe machabeoꝝ: q̃ ppl's exijs in magna afflictõne: recolebat bñficia antiq̃s ꝓtibus collata. Vñ ⁊. ij. Macha. dr̃ de iuda machabeo. Admonuit aũt eos ⁊ de auxilijs dei q̃ facta sũt erga pentes: ⁊ q̃ cb̃ sennacherib centuz lxxxv. milia perierunt ꝛc̃. iõ subdit̃. b Opꝰ q̃ō opatꝰ es in diebꝰ eoꝝ. i. moysi ⁊ iosue ⁊ alioꝝ patruz. c Manus tua gen. dispdidit. q̃ habitabãt in trã ꝓmissiõis: q̃ō impletũ ẽ tpe iosue. d Et plãtasti eos. s. filios isrl̃ in eadẽ terra. e Afflixisti ppl'os. q: aliq̃ eoꝝ fuerũt in ꝓlijs trucidati: vt pote chananei ⁊ iebusei. f Et expulisti eos. q: aliq̃ eoꝝ

d Posuisti nos ꝛc.qñ.n.loq̃bant de infortunio aliq̃norum ponebant ꝓ exẽplo vel ſimilitudie infortuniũ iudeorũ. e Commotõez capitis ꝛc.ſolẽt em̃ boies mouere capita pre admiratõne:qñ vidẽt aliq̃d magnum repente deiectũ ⁊ annihilatũ qualis erat ſtat⁹ iudeor⁹. f Tota die verecundia ꝛc.i.occurrit mihi occaſio verecundandi.

g Et ꝓfuſio faciei mee ꝛc. bõ em̃ cõfuſus ſolz facie opire ⁊ ſe q̃ntum põt abſcondere h ℣ voce exprobrãtis ꝛc.ꝫ pp̃m iudaicum.

i ℣ facie iimi.ꝛc. q; nõ ſolũ moleſtabant eos verbis ſed etiã factis k Hec oia. Hic cõſeq̃nter ponit deꝑcatio pro liberatõne:⁊ ꝑ ad ꝟ allegat rõ ex pte populi afflicti: ſcõo ex pte dei ibi.Exurge. Rõ aũt que dz mouere deũ ad liberandũ pp̃m afflictũ ex pte ei⁹ eſt qñ ſuſtinet patienꝰ ⁊ nõ mouetur a lege dei.ſic fuit ꝓpoſito:q; in pſecutõe regis antiochi lz aliqui iudei legẽ dereliquerint:tamẽ maior ps ſatisfecit in lege dei.⁊ ꝓ ea ſuſtinẽs afflictões ⁊ tormẽta exq̃ſita.vt hr̃.j.macha.ꝛ.ij.⁊ ꝟ eſt qõ dr̃ ꝟ k Hec oia.ſ.mala ſupradicta. l Venerũt ſup nos ꝛc. q; colimus te ſic deũ nr̃m. m Et inique non egim⁹ ꝛc.in teſtõ tuo:mandata legis tue transgrediẽdo. n Et nõ receſſit ꝛc.ꝓ apoſtaſiam a fide o Et declinaſti ſemitas ꝛc.q; ꝓ afflictões quas ſuſtinem⁹ vr̃ q; repuleris nos a te. p Humiliaſti nos ꝛc.q; iudei tpe illo fugerũt ad loca deſerta q̃ erant afflictiua ita q; hẽbant afflictõez ſup afflictõz. Pñ dr̃.ij.macha.v. Judas aũt machabe⁹ ſeceſſit in deſertũ locũ:ibiq; inter feras vitã in montib⁹ cũ ſuis agebat ⁊ feni cibo veſcẽtes demorabanꝰ. Vnde ꝟ in hebreo ⁊ in tranſlatõe Hiero.iuxta hebraicũ hr̃.in loco draconũ.ꝓ quo nos hẽmus in loco afflictõnis q Et cooꝑuit nos vmbra mortis.q; in quolibet momẽto erãt in mortis periculo. r Si obliti sum⁹ ꝛc.ei⁹ recordatõez debitis tpibus omittendo.

s Et ſi expandim⁹ manus ꝛc.ſcelus ydolatrie cõmittendo. t Nõne deus req̃ret iſta.ad puniendũ ſuo iuſto iudicio.q.d.ſic.vnde ſubdit. v Ipe em̃ nouit ꝛc.ꝟ dr̃ cõtra errorẽ gentiliũ quorundã q̃ negabãt diuinã ꝓuidentiã ſe extẽdere ad actus hominũ. x Qm̃ ꝓpter te.i.ꝓp̃ cuſtodiã legis tue. y Mortificamur tota die. iuſſerat em̃ antiochus interfici iudeos:q̃ nollẽt ad ritũ gentiliũ trãſire.vt hr̃.j.Macha.j. z Exurge. Hic ꝓpr̃ ad liberatõez populi allegat rõ ex pte dei: cui ſeruiebat pp̃s iudaic⁹ ⁊ ipe poterat eum liberare in momẽto.iõ dr̃. z Exurge. ⁊ loq̃tur de deo more hũano.q; ille q̃ oppꝑſſo vult auxiliũ ferre ſurgit ad iuuandũ ipm. a Quare obdor.dñe de⁹ em̃ ad modũ dormiẽtis dr̃ ſe hr̃e qñ ꝓmittit malos dñari ⁊ iuſtos tribulari.vñ qñ aliq̃ talia videnꝰ:cõiter dr̃:ds dormit. b Exurge.repetit ꝟ verbũ ad exprimendũ deſideriũ liberatõnis.

c Et ne repellas.ſ.preces noſtras. d In finẽ.i.finaliter. e Quare faceim tuam auertis.loquitur de deo more haumno:q; q̃diu orationem aliquor non exaudit faciez ſuã auertit f Obliuiſceris inopie nr̃e.in tãta em̃ inopia erant:q; feni cibo veſcebanꝰ.vt ꝓdictũ eſt. g Et tribulatõnis noſtre.quia multis modis ⁊ varijs tribulabantur. vt pz.j.macha.ꝛ.ij. h Qm̃ hũiliata eſt in tribulatõe aia noſtra.i.vita noſtra.tũ q; in ſignũ humilitatis nr̃e vl̃ hũilitatõnis ponebãt cinerẽ ſup capita ſua:ſicut mos erat ꝭdeor:tum q; habitabant in montib⁹ inter feras.vt dictũ ẽ vbi non habebant lectiſternia:ꝫ iacebãt in pluuerib⁹.ꝛ iõ ſubditur. i Conglutinatus.i.immediate adherens.

k In terra vẽter nr̃.q; nec etiã paleas hẽbant:q̃s inter ſe ⁊ terrã ponerẽt.iõ cõcluditur. l Exurge domine: adiua nos tãtis malis oppreſſos m Et redime nos ꝛc.qõ colim⁹ ne ex malis q̃ ſuſtinem⁹ veniat aput gentiles in cõtentũ. Moraliter ꝓt exponi pſal. iſte de quolibet fideli i magna afflictõne poſito mẽtis vel corpis vel vtroq; modo:q̃ tamẽ patienter ſuſtinet.priſtina beneficia dei ſibi collata recolens:vt ſe oñdat gratum:⁊ ꝓ q̃is ſitũ ad alia in futuro recipiẽda ⁊ ſicvlterius explicat mala que ſuſtinet coꝛã deo petẽs hũiliter ⁊ deuote ab eis libe rari diuia miſericordia ⁊ virtute.

Exurge ꝛc. Huic pſal. ꝓmittitur Cor̃.xliij. talis ti.i hebreo. Ad victoriã ſup ſoſanim filijs cho re eruditio cantici dilectionũ. Circa quod ſciendũ q; iudei moderni dicũt q; ꝟ nomẽ ſoſanim ſignificat roſas in plurali. Hiero.aũ trãſfert lilia:q̃ ponit ꝟ talẽ ti. Victori ꝓ liliijs filior̃ chore eruditõis cãticũ amãtiſſimũ.credo tñ q; hiero.melius dicit in ꝓpoſito.⁊ q; tpe ſuo iudei dicebant ſignificotõz dicte dictõis lilia in plurali:⁊ liliũ q̃ ponit in ſingl̃ari ipſ⁹.vñ in totove.te.vbicũq; eſt iſta dictio in pl̃i vel ſingulari hiero.tranſfert lilia vel liliũ.⁊ in q̃dã glo. hebraica ſup locũ iſtũ ego reppi ſic dcm̃. Victoria ſup lilia. Quicq̃d tñ ſit de ſignificatõne iſta vel illa nõ mutat mẽ ſnia apud hebreos.nec apud latinos :q; ſm hebreos ꝓ liliavel roſas ꝟ intelligũtur filij iſrl̃:q̃ alios pp̃os in fide excellebãt ⁊ cultu vnius dei :⁊ in pſ.iſto exp̃mitur ꝓſperitas filior̃ iſrl̃:q̃ fuit ꝓuiſa in ſpũ a filijs chore. ⁊ ꝟ ab vno cor̃ vel plurib⁹:ſicut expoſitũ fuit ſupra pſ. xl. Tamẽ de iſta ꝓſperitate varie dr̃ ab hebreis. Dicunt em̃ aliq̃ q; fuit illa quã habuerũt ſub rege aſſuero ad ꝓcuratõez regie beſtie. Et ſm ꝟ pſ.iſte loq̃tur ad lrãz de rege aſſuero ⁊ regina heſter ⁊ ſtatu ꝓpo iudeor̃ tpe illo. Alij dicũt q; loq̃tur ꝺ ꝓſpitate q̃ fuit ſub ſalomone:q̃ ſatis apparet.iij. Reg.ꝛ.ij. paly. Et ſm ꝟ pſ.iſte loq̃tur ad lrãm de rege ſalomõe ⁊ filia pharaonis ei⁹ vxore. Vel ſm alios de regina ſaba q̃ venit ad regẽ ſalomonẽ.et dedit ei.c.xx.talẽta auri ⁊ aromata multa nimis ⁊ gẽmas ꝓciosas.vt hr̃.iij. Reg.x. Aliqui ãt doctores catholici dicũt q; pſ.iſte loquit ad lrãm ꝺ regẽ ꝺ̃ ⁊ berſabee.ex q̃b⁹ deſcẽderũt multi reges boni ⁊ iuſti:vt ezechias ⁊ Joſias ⁊ pl̃es alij:q̃ ꝓ roſas vel lilia deſignãt. Sz oẽs iſte expoſitões vel cõſiles excludunt ꝟ ꝟ q; de rege ꝺ q̃ fit ſermo in ꝟ pſal.j.dr̃.vt pz ex decurſu littere Sedes tua ds in ſeculũ ſeculi ỽga directõis. Item poſtea ſubdit de rege ⁊ regina ſil̃. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurem ꝛc. Et ſ̃bdit. Et ꝓcupiſcet rex decorẽ tuũ:qm̃ ipe ẽ dns ds tu⁹:⁊ adorabũt eũ. Et in trãſlatõe hiero.iuxta hebraeos hr̃. Et cõcupiſcet rex decorẽ tuũ.quia ipe eſt deus tu⁹ ⁊ adora eum. De aſſuero aũt vel ſalomone vel dauid ſeu quocunq; alio rege mortali non poteſt dici q; ſit deus ⁊ latria adorandus. Item hebreor̃.j.apl̃s allegat hunc pſal.dcm̃ ad lrãm de xp̃o dicẽs. Ad filium aũt. Thronus tuus de⁹ in ſeculum ſeculi : ꝓpter quod pſal.iſte loquit ad lrãm de

rege immortali ihu xpo: q̄ est vere deus latria adorandus et sua sponsa eccl'ia tanq̄ de regina. Item in translatione chaldaica q̄ apud hebreos est auctentica: t vocat targum vbi nos habem⁹ in hoc ps. Speciosus forma p̄ filijs hominū hz sic. Pulcritudo tua rex messia maior q̄ filiorum hois. Ex q̄ pz q̄ ps. iste intelligit d̄ xpo: etiam fm hebreos. Igit fm hoc p̄t ex poni ti. predicr⁹. Ad victoriā sup lilia ꝛc. vt sit sensus ps. iste est eruditio facta p spūm scm̄ filijs chore cātici dilectōnū sup lilia. i. d̄ cantico dilectionū xpi ꝛ eccl'ia p lilia designatoꝛ q̄: xpc virgo ē ꝛ eccia mr ꝛ pgo: ꝛ hic ps. idez ē q̄ istud canticū decantandū ad victoriam. i. cū quodaz conatu leuitaꝛ: sic frequēter superi⁹ expositum ē: ꝛ ad eundē intellectum defacili p̄t reduci ti. hiero. vtz de se. Scōm igitur hūc sensum ps iste diuidit in duas partes: q̄: p̄ premittit quedā p̄faro. ꝛ secdo subdit narratio: ibi. Speciosus forma. Premittit āt p̄fatio: q̄: de maxia re loqt ps. iste. s. de dulcissima dilectōne xpi ꝛ eccl'ie. In qua p̄fatione p̄ ponit principale agens hui⁹ ps. s. spūsanctus i q̄dam plenitudine: cum dicit. a Eructauit coꝛ meum. sicut em̄ venter ex plenitudine cibi coꝛpalis emittit eructationem sic coꝛ xpi ex plenitudine gratie spūalis emisit hūc sermonē: ideo subdit. b Verbum bonū. q̄: ē mysterij xpi ꝛ eccl'ie exp̄ssiuū. ꝛ ideo nō solū bonū sed etiam optimū. Et in hoc in hoc in quodam generali tangit materia hui⁹ ps. Tercio ostendit intentio cū subdit. c Dico ego opera mea regi. i. ad laudem regis regum ihu xpi Quarto modus loquendi cum dicit. d Lingua mea ꝛc. i. spūsancti: qui in docendo nō indiget interuallo temporis. e Speciosus forma. Hic p̄sequenter ponit narratio: ꝛ primo describit regis xpi magnificentia: scdo spōse decentia: ibi. Astitit regina: tercio p̄olis p̄uenientia: ibi. Adducent. Circa primū primo describit xpi magnificentia q̄tum ad humanitatē: scdo q̄tum ad deitatez: ibi. Sedes tua deus. Ista tñ diuisio nō est p̄cisa: q̄: in prima parte fit aliq̄ mentio de deitate: in scda de humanitate: sed est a pluri. Circa primū sciendū q̄ speciositas optime sedet in principe: p̄pter q̄d dicit. Species priami digna est impio ꝛ q̄tum ad hoc dr̄ de xpo. e Speciosus forma ꝛc. Fuit em̄ speciosus p̄ alijs ex pte coꝛpis: q̄: coꝛp⁹ eius fuit formatū spūsancti virtute: in cuius ope nō p̄t esse erroꝛ nec defectus. Silr ex pte aie: q̄: ab instanti creatōnis fuit repleta oñib⁹ gratijs virtutib⁹ ꝛ scientijs: fm q̄ dr̄ Jo. iij. q̄ datus est ei spūs nō ad mensurā. Scdo in principe sedet optime eloquētie claritas: ꝛ q̄tum ad h̄ subdit. f Diffusa ē gr̄a in la. tuis. vñ dr̄ Lu. iiij. Mirabant oñs in v̄bis q̄ p cedebāt de oze ei⁹. g Propterea bñ. te de⁹ in ec. ista bñdictio ē glorie coꝛpis collatio ꝛ ad celū assumptio: quam nō habuit xpc a principio: h̄ ex virtut⁷ merito. Tercio i p̄n cipe requirit p̄bitas: ꝛ q̄tum ad hoc subdit. h Accinge. Gladio tuo. nō mali quo xpc nō fuit vsus: imo vsum eius p̄hibuit petro. Joh. xviij. Dixit q̄ ihs petro: Mitte gladium tuū in vaginā. Et ideo gladius hic intelligit verbum dei: fm q̄ dic apl's Eph. vj. Et gladiū spūs q̄d est verbum dei. Et isto gladio vsus fuit xpc suo verbo p̄scindēs vicia ꝛ erroꝛes. i Sup femur tuū. p femur vbi viget vis generatiua intelligit humana natura: in q̄ xpc p̄dicauit ꝛ docuit. Consequēter redit ad describendū expressius speciositatē dicens. k Specie tua ꝛ pulcritudine tua. Circa q̄d sciendū q̄ speciositas p̄pie p̄sistit in vinacitate colorꝝ ꝛ p̄portōne membroꝝ: h̄ ad pulcritudinē cū istis requirit debita p̄fectio quantitatꝝ. Vñ. iiij. ethi. dicit q̄ pul p̄t dici formosi ꝛ p̄mēsurati nō tñ pulcri. In xpo aūt nihil defuit de his q̄ ptinent ad debitā formositatez ꝛ p̄fectiōez coꝛpis et aīe: iō nō solū a spē h̄ etiā a pulcritudie p̄mendat. l Intende, p̄spere. i. prosperitati ppl'i tui. ad hoc em̄ tendebat intētio xpi. m Procede. p viā mortalis vite. n Et regna. q̄: ea finita obtinuit regnū q̄tum ad executionē: p̄pter q̄d in sua resurrectōne dixit apl'is Matth. vl. Data ē mihi oñis ptās in celo ꝛ in terra. Et q̄: gloriā coꝛporis quā tūc habuit ex merito p̄cedenti accepit: vt iaz dictū est: ideo subdit. o Propter veritatem. s. vite ꝛ doctrine. p Et mansuetudinē. q̄: molestias ꝛ iniurias sustinuit sine mentis p̄turbatōe: fm q̄ p̄dixerat Esa. xlj. Nō erit tristis nec turbulent⁹. q Et iusticiā. abūdātez quā fecit in sua passione offerendo seip̄m deo patri p offensa generis hūani: ꝛ sic fecit reconciliatōez p viam iusticie. r Et deducet ꝛc. p dexterā q̄ est pars nobilioꝛ ꝛ fortioꝛ intelligit diuinitas xpi: cui⁹ organū p̄iunctū erat humanitas: ꝛ ideo in omnibus mouebat fm motum deitatis. s Sagitte tue ꝛc. fm q̄ dicit Isa. sa. Isa ista est reuersata sic in plurib⁹ locis sacre scripture: ꝛ ad habendū planum intellectū ei⁹ sic ē situāda. Sagitte tue acu. ca. in coꝛda inimi. regis p̄pli sb te. Per sagittas q̄ misse alonge ferūt: intelligunt apostoli a xpo missi ad p̄dicandū ꝛ destinati vt habet Mar. vlt. Euntes docete oñs gentes. Et iste sagitte ceciderunt in coꝛda inimicoꝝ xpi ita penetrantes corda infideliū ꝛ gentiliū q̄ multi p̄uersi sunt ad fidem p oꝛbem vniuersum. ꝛ sic facti sunt de inimicis amici: ideo subdit. Sub te. id est sub obedientia tua xpe. t Sedes tua. Hic p̄sequēter describit magnificentia regis xpi q̄tuz ad deitatem tamē cum hoc adiungit de humanitate: q̄a iste due nature sunt inseparabiliter cōiuncte in vno supposito: dicit igit. t Sedes tua deus. id est maiestas regia. Vñ in hebreo ꝛ in translatōne Hiero. iuxta hebreum ponit. Thronus tu⁹ deus. thronus autez dicit p̄pie sedes regie maiestatis. v In seculū seculi. In hebreo hr̄. Olam ved: ꝛ significat in sc'm sc'i ꝛ vltra: ꝛ ē regula apō hebreos: q̄ vbicūq̄ sic scribit intelligit duratio p̄petua a pte finis. ꝛ aliq̄n ab vtraq̄ pte. Ex q̄ pz q̄ h̄ fit sermo de reg̃ xpi de q̄ scribit Dan. vij. Ptās ei⁹ ptās etna q̄ nō auferet: ꝛ regnū ei⁹ q̄d nō corrūpet. x Virga directōnis ꝛc. Distinguit em̄ regnū a tyrānide: q̄ h̄ q̄ tyrān⁹ q̄rit vtilitatē p̄priaz p subditoꝝ oppressionē: rex aūt bonū cōe subditoꝝ p eoꝝ directōez fm lineā veritat⁷ ꝛ iusticie. y Dilexisti iusticiam ꝛc. hoc aūt dr̄ de xpo ratōne humanitatis: p̄pter illud q̄d subdit. z Unxit te deus ꝛc. xpc em̄ in humana natura vnct⁹ fuit plenitudine gr̄e ab instanti creatōnis anime. a Pre p̄sortibus tuis. i. oñib⁹ intellectualib⁹ creaturis: p̄pter quod dicit Job. iij. q̄ datus est ei spūs nō ad mensuram. b Myrrha ꝛ gutta ꝛ cassia. p istas species aromaticas possunt intelligi aromata que sancte mr̄ieres emerūt ad vngendū coꝛpus dñi: quia de talib⁹ speciebus

Victori pro lilijs filiorum chore eruditōnis canticum amantissimum.

Capl'm. xliij.

a Eructauit coꝛ meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribe: velociter scribentis
e Speciosus forma p̄ filijs hominum diffusa est gratia
s in labijs tuis: p̄pterea benedixit te deus in eternum
b i Accingere gladio tuo: super femur tuum potentissi-
k me. Specie tua ꝛ pulchri-
l tudine tua intende p̄spere procede ꝛ regna. Pro-
m n o p q r pter veritatem ꝛ mansuetudinem ꝛ iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera
s tua. Sagitte tue acute: populi sub te cadent in coꝛ-
t da inimicoꝝ regis. Se-
v des tua deus in seculum se-
x culi: virga directōnis vir-
y ga regni tui. Dilexisti iusti-
z ciam: ꝛ odisti iniquitatē: p̄pterea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹
a oleo leticie p̄ p̄sortib⁹ tuis
b Myrrha et gutta et cassia

erant cõfecta. Et q2 corpꝰ dominicũ erat quasi vestimentum deitatis: sm q scribit philiꝑ.ij.ca. Habitu inuentus vt hõ. iõ subdit c A vestimẽtis tuis. r dr in plurali. propter diuersas ptes corpis. A domibꝰ eburneis domꝰ eburnee sunt pixides facte de eboze vel alabastro. qõ est simile eboꝛi: in quibꝰ illa aromato erant reposita sicut in domibus suis. e Ex q̃bus delectauerũt te q2 deuotõ illa ꝛ mulieruz fuit accepta a xpõ: licz nõ vnxerit corpus eiꝰ. q2 nõ inuenerũt eũ in sepulcro: iam em surrexerat teste angelo.

f Filie regũ. inter eas mlieres illas fuerunt maria iacobi r maria salome que fuerunt sozores beate ỽginis marie ex pte matris: de q̃ certũ est q descẽdit de stirpe dauid r alioꝛ regũ a dauid descẽdentium: r idẽ verisile est de suis sozoꝛibꝰ: iõ dicit hic.

f Filie regũ in honoze tuo. q2 illã vnctõnem facere volebant ad xpi honorẽ g Astitit. Hic ꝓñr describit regine decentia: cũ dr. Astitit regina. s. eccia xpi sponsa. h A dextris tuis. i. in potioꝛibus bonis eius: qõ paret de eccia triũphante: que est cũ bonis xpi celestis glie: sic de militante que astat ipi xpõ in bonis gre q̃ sunt maria bona p̃sentis vite. i In vestitu de aurato. p̃ intelligit decoꝛ sapientie: q̃ refulget in eccl'ia. k Circũdata varietate. s. charismatũ r virtutũ. l Audi filia. legẽ euangelicã. sic em eccia est xpi sponsa: ita r eiꝰ filia. m Et vide. intelligendo n Et inclina au. tuã. ad obediendũ ope adiplendo o Et obliuiscere ppl'm tuũ. i. indaicũ ppl'm de quo descẽdit primitiua eccia. sicut pz in apl'is q̃ fuerũt natõne iudei. p Et domũ patris tui. i. synagogã siue templuz in quo cõueniebãt iudei ad sacrificia offerendũ: q̃ cessauerunt eo q̃ essent figure oblatõnis corpis xpi in cruce. r iõ illis sacrificijs legalibus r impfectis succesit sacrificium vnũ pfectissimũ. scz eucharistie sacm q Et cõcupiscet rex rc. q2 xpc rex delectat i cultu spũali eccie q̃ est pulcrioꝛ q̃ cultus exterioꝛ synagoge in auro tẽpli r silibus cõsistẽs r Em ipe est dns deꝰ tuus. ꝓpter h xps dicebat Job. iij Spũs est deus r eos q̃ adoꝛãt in spũ r veritate optet adorare. s Et filie tyri in muneribus. tyrus fuit ciuitas gẽtium: r ideo p filias tyri intelligunt ciuitates gentiliũ designãdo a pte totũ. Et multe ciuitates gentiliũ cõuerse sũt ad fidem p̃dicatoꝛez apl'oꝛ offerentes xpo munera deuote. t Vultũ tuũ rc. videmꝰ em adipletũ q̃ pncipes mũdi r potentes honoꝛãt xpm r eccl'iam suã humilit se subijciendo eis. v Omnis glꝛia eiꝰ rc. gloꝛia em eccie ꝓsistit in ornatu iterioꝛi charismatũ r virtutũ r nõ in magno apparatu exterioꝛi: sicut synagoga gloꝛiabat in parietibus tẽpli deauratis r vasis aureis r ceteris pciosis in ministeriũ tẽpli deputatis: ideo subdit. a In fimbꝛijs aureis id ẽ sapie doctrinis b Circũamicta varietatibꝰ. s. diuersoꝛ statuũ q̃ sunt in eccia dei r in varietatibꝰ charismatuz r ỽtutũ q̃ sunt in psonis hmõi statuũ. c Adducent regi. Descripta magnificentia regis r regine in seipis. h ꝓñr idẽ ostendit i ple, pcedẽte ab eis. nõ p carnalẽ generatõz sed spũalẽ. s. p fidẽ r sacr'a. Et p̃ agit de filiabꝰ: scõo ꝺ filijs ibi Pro pr'ibꝰ. Circa primũ dr c Adducent regi rc. loquitur h de spõsa p silitudinẽ regine quã sequũtur domicelle ad eiꝰ honorẽ. vñ in hebze. dr sic. In brodatis ducet ad regẽ ỽgines sequũtur eã r i transla. hiero. iux hebꝛeũ br. In

c a vestimentis tuis: a domi
e bus eburneis: ex q̃bus de
f lectauerũt te filie regũ i ho
g nore tuo. Astitit regina a
h dextris tuis i vestitu deau
k rato: circumdata varietate
l Audi filia r vide r inclina
m aurẽ tuã: et obliuiscẽ ppl'm
n tuũ r domũ patris tui. Et
o cõcupiscet rex decoꝛẽ tuuz
p q̃m ipe ẽ dns deꝰ tuꝰ r ado
q rabũt eũ. Et filie tyri in mu
r neribꝰ: vultũ tuũ deꝑcabũ
s tur omnes diuites plebis
t Omnis gloꝛia eius filie re

a gis abintus in fimbꝛijs au
b reis circumamicta varieta-
c tibꝰ. Adducent regi virgi
d nes post eam: proxime eiꝰ
e offerentur tibi. Afferent in
f letitia et exultatione adducentur in templum regis.
a Pro patribꝰ tuis nati sunt
c tibi filij. cõstitues eos prin
d cipes sup omnẽ terrã. Me
e mores erunt nomis tui do
f mie: in oĩ generatõe r gene
g ratõe. Propterea ppli cõfitebuntur tibi in eternũ: r in
seculum seculi.

scutularis dũcet: h est in vestibꝰ pulcre r varie depictis r ornatis ducet eccia sponsa ad regẽ xpm: r virgis seruũtur eã: q2 mite nobiles puelle spreto maritali thoꝛo ỽginitatẽ suã consecrauerũt xpo qõ cedit ab honorẽ eccie d Pro xime eiꝰ rc. r in trãsla. bea. hiero. br. Amice eiꝰ ducent tibi: hmõi em virgines consecrate sunt amice eccie: r totũ oꝛdinat ad honorẽ sponsi xpi. e Afferent in leticia r exultatõ ne. s. mẽtis: aliter ei talis cõsecratio non placet xpo: vt potest fieret p violẽtiam Põt etiã dici aliter e Afferent in letitia rc. q2 talia facta pfectiõis fiũt angel' sanctis ꝓcurantibꝰ q̃ de talibꝰ letant et exultant. q2 scribit Luce. xv. q̃ gaudẽt de pnia pctõꝝ r per ꝓñs de ꝓmotõe istoꝝ ad ops superogatõnis f Adducent rc. i. ad fuiendũ xpo regi: alit nõ ei placerẽt: ꝙ magis displicerẽt: sic pz de ỽginibus q̃ ꝓsecbant ad fuiendũ deveste. a Pro pribꝰ tuis. Hic ꝓñr agit de filijs: r cõuertit psalmista ỽbũ suũ ad regẽ xpm. d. a Pro pribꝰ tuis. i. loco patrũ tuoꝝ sm hũanã naturã q̃ fuerũt pr'iarche reges sci r ꝓphe: ex q̃bꝰ descẽdit xps sm carnẽ b Nam sũt tibi. filij. i. apl'i r. lxx. discipuli q̃ pr'iarchis r ꝓphis successerunt. c Cõstitues eos prin. rc. in spũalibꝰ q2 constituti sũt epi p diuersas orbis ptes d Memores erũt nomis tui rc. q2 p doctrinã quã semiauerũt r quã in scpto dimiserũt reduxerũt r reducẽt ad mẽoriã facta regi xpi gnatõibꝰ sibi succedẽtibꝰ vsq̃ ad finẽ mũdi: iõ subdit e Propterea ppl'i. credẽtes p eoꝝ doctrinã. f Cõfitebũt tibi. ꝓfessiõe laudis. g Inetnũ rc. q2 ista laus nõ solũ ei pti: h erit potioꝛi i futuro sm qõ dr. j. ps. lxxxiij. Pri q̃ hitat in domo tua dne in scla seculoꝝ laudabũt te. Psal. xlv.

Deus nr refugiũ rc. Huic ps. ꝓponit tal'i. i. hebꝛeo
Ad victoriã filijs choꝛe sup alamot canticũ. Et dicũt aliq̃ hebꝛei q̃ alamoth ẽ nom musici instr'i sup
qõ vl'in q̃ cãrabit ps. iste. Alij vo dicũt q̃ ẽ nome cõe: r signific iuuẽtutes in plurali: r isti meli⁹ dicũt vt credo. cũ hũc sensuz seq̃t hiero. in trãslatõe iux hebꝛeũ: vbi ponit talẽ titu. Victoꝛ filioꝝ choze ꝓ iuuẽtutibꝰ cãticũ. Dicũt ãt aliq̃ expositoꝛes catholici q̃ dõ fec ps. hũc ꝓfitẽs diuinã ꝓtectõz circa se r circa regnũ suũ. Quz q̃ tpe dõ vl'it filij eiꝰ fuerit talis tremoꝛ q̃lis describit in pncipio hꝰ ps. cuz dicit. Propterea nõ timebimꝰ cũ turbabit tra. r trãsferent mõtes rc. nõ inuenik: ꝓpter h dicit Rab. sa. r alij hebꝛei q̃ filij choze fecerint hũc ps. q̃ miraculose fuerũt saluati pereũte choze. i. pre eoꝝ cũ alijs multis: sm q̃ dr Nũe. xxvj. Et factũ est grande miraculũ: vt pereũte choze filij eiꝰ nõ perirent. Dicit ãũt Ra. sa. r satis verisilr q̃ illud miraculuz fuit: q2 ad dictũ moysi alij recesserũt a tabernaculis choze r socioꝝ eiꝰ. vt hr Nũe. xxxij. Filij ãũt choze remãserunt suadẽtes pri: vt obediret moysi: r tunc ipo nõ acqescente subito apto fuit terra r choze cũ suis cõplicibꝰ adhinfernus descẽdentibꝰ filij eius diuina virtute steterũt in aere i medio illius apture: quousq̃ terra sub pedibꝰ eoꝝ fuit reclusa. et hoc fuit grãde miraculũ. Si em cũ alijs recessissent de tabernaculo pris sui ante terre apturã: nullũ fuisset miraculũ de salute eoꝝ: sicut neq̃ de salute alioꝝ. Vnde igit hoc miraculo dei circa se cõuersi fuerũt ad deũ toto coꝛde r requieuit in eis spũs ꝓphetie. r fecerũt hũc ps. r in istis bidicit Ra. sa. vt credo: r ad hoc cõcoꝛdat ti. psal. suprapo-

situs. Ad victoriā filijs chore sup iuuentutes canticuz: vt sensus: ps. iste appropriat filijs chore vt actoribꝰ q̄ ē canticū sup iuuētutes. s. filioꝝ chore miraculose saluatas: vt dictū est. Ad victoriā. i. q̄ est ps. decantandus a leuitis cum quodā conatu victorie: sicut frequēter supra expositū est.

Victori filioꝝ chore p iuuētutibꝰ canticū. ps. xlv

a Deus nr̄ refugiū z virtus: adiutor in tribu-
b lationibus: que inuenerūt
c nos nimis. Propterea nō timebimꝰ dū turbabit̄ ter-
d ra. z transferent montes in
f cor maris Sonuerūt z turbati sunt aq̄ eoꝝ: cōturbati sunt montes in fortitudine
g eiꝰ. Fluminis impetꝰ letifi-
i cat ciuitatē dei. sanctificauit tabernaculū suū altissi-
k mus. Deus in medio eius
l non ꝓmouebit: adiuuabit eam deus mane diluculo.
m n Conturbate sunt gentes z inclinata sunt regna dedit
o p q vocē suā mota ē terra. Dominꝰ virtutū nobiscū susce
r s t v x ptor nr̄ deꝰ iacob. Venite et videte opa dñi q̄ posuit
y pdigia sup t̄rā auferēs bella vsq; ad finē terre. Arcū conteret z ꝑfringet arma z
z a b scuta cōburet igni. Vacate z videte qm̄ ego sū ds ex
c altabor in gentibꝰ z exaltabor in t̄ra. Dñs virtutū nobiscuz: susceptor noster deus iacob.

Ad victoriā filijs chore psal. dauid. xlvj.

a Omnes gētes plaudite manibꝰ: iubilate deo i ab audacia et fortitudie sua: z dicit regna in plurali: quia xxx. reges z vnus fuerūt debellati a iosue z filijs isrl̄ vt hr̄ Josue. xij. o Dedit vocē suā. s. dñs z hoc p sacerdotes q̄ de ꝑcepto eius in circuitu hiericho tubis clangebāt: z in die septimo ex tali clangore z ppl̄i clamore muri hiericho fundituꝰ euersi corruerūt vt hr̄ Josue. vj. z q̄ hoc factū fuit p terremotū a deo imissum: ió subdit. p Nota est terra. Iste vo terremotꝰ nō ꝓtingit a cā naturali: ꝫ diuina vtute: ió subdit. q Dñs virtutū ꝛc. i. acceptator deprecationū nr̄aꝝ. r Venite. p devotōez. s Et videte. p attentōez. t Opa dñi. q̄ illud factū ꝓtigit vtute dina: nō hūana. v Que po. pro. in hebreo z i translatōe Hiero. iuxt̄ hebreū hr̄. Solitudines: q̄ ciuitas hiericho fuit posita sub maledicto ad reedificādū: vt pr̄ Josue. vj. Maledictus vir coram dño. q̄ suscitauerit: z reedificauerit ciuitatem hiericho. x Auferēs bel. vsq; ad fi. ter. q̄ habitatores terre. pmissionis ita fuerūt debellati p iosue z filios isrl̄ q̄ nullus audebat bellū mouē ꝯ eos: sm q̄ dī Josue. xj. Quieuitq; terra a ꝓlijs: ió subdit. y Arcū ꝓtex. z cō. arma ꝛc. qm̄ p talia nō potuerūt resistē filijs isrl̄. z ista q̄ fiebāt dina vtute: ió subdit in ꝑsona dñi. z Vscate z videte. p dilī gentē attentatōez. a Qm̄ ego sum deꝰ cuiꝰ vtuti nullus pōt resistē. b Exaltabor i gētibꝰ. i. ea; mirabili ꝓtritōe. c Et exal. in ter. q̄ p effectū videbit̄ q̄ nullꝰ pōt mihi resistere. d Dñs vtutū no. susce. ꝛc. istud vbū ē filioꝝ chore ꝓfitentiū in fine psalmi se saluatos de terre aptura dina virtute.

Psal. xlvj.

Omnes gētes plaudite ꝛc. Huic ps. ꝓponit tal' ti. i hebreo. Ad victoriā filijs chore ps. z ptz sensus hꝰ tituli ex supradictꝭ. In h aūt ps. spū ꝓphetico ponit̄ gratiarūactio a filijs chore p victoria futura sb Josue de ppl̄is habitātibꝰ in terra chanaā: circa quā exprimūt h aliq̄ dei bñficia in spāli q̄ nō fuerūt exꝑssa ps. pcedēti: z diuidit in duas ptes: q̄ ꝑ ppl̄s isrl̄ ad dei laudez inducit: secūdo ad rō inducit: ibi. Qm̄ dñs. Circa primū dicitur

a Omīs gē. i. omīs tribꝰ isrl̄: vñ in gebreo hr̄. Omīs popūli. z sīt i trāslatōe hiero. iuxt̄ hebreū. h em̄ nomē gētes cōiter accipit̄ p gētilibꝰ: q̄ nō erāt de filijs isrl̄. Sz h nomē populi indrūter accipit̄ p iudeis z gentilibꝰ. b Plaudite manibꝰ. in signū exultatōnis: in hebreo habetur. Tangite manibus. s. instrumenta musica: in quibus diuine lau-

des canebant a leuitis: ⁊ cū ꝫ etiā vocibus humanis. ℔o subdit. Jubilate deo in voce exultatōnis. c Cūm dñs: Hic cōsequenter rō ad ꝫ inducit. ⁊ scō diuina laus resumitur: ibi psallite. Circa primū ꝑ accipit rō diuine laudis ex sua excellentia: cū dr. c Cūm dñs excelsus. qz transcendit oēm intellectuz creatū: ⁊ ꝙ ꝑ oēm laudē sibi oblatā ꝫz ꝙ dr Eccli. xliij. Benedicētes dñm exaltate eū q̄ntum potestis. maiorest enī oi laude. Scō adducitur rō ex eis beneficijs cum dicitur d Terribilis. s. hostibus nr̄is: qō magis exprimit cū dicit e Subiecit populos nobis. i. chananeos ⁊ amorreos: alioscz q̄ habitabāt in terra promissionis Jn hebreo aūt hr. Pestilentiauit pplos nobis. i. pestilentia eos percussit ꝙ nobis vt hr̄emus victoriā. ⁊ ꝫ factū fuit pugnāte iosue ꝫ eos: r̄m ꝙ dr Josue. x. Cūcz fugeret filios israel ⁊ esset in descēsu bethoron: dñs misit sup eos magnos lapides de celo vscz ad azecha ⁊ mortui sunt multo plures lapidib⁹ grandis q̄z quos percusserūt gladio filij isr̄l f Et gētes sub pedib⁹ nr̄is ꝫ fuit impletū in q̄ncz regib⁹ q̄ tunc fugerunt in speluncā: vt ibidē hr. ⁊ postea inde educti sunt ad iosue: ⁊ ait ad principes exercitus q̄ secū erant Jte ⁊ ponite pedes vr̄os sup colla regū istoꝝ. ⁊ sequit postea. Sic enī faciet dñs cunctis hostib⁹ vr̄is ꝫ quos dimicabitis. g Elegit dñs ⁊c. dicebat enī terra promissionis speciali mō hereditas dei: eo ꝙ ibi viguit cultus dei.

Sepe expugnauerūt me. Titulus huius ps ē. Canticū gduū. z ptz sīnia ex supradictis. De materia vo hꝰ psal. saluo meliori iudicio q sit gr̄arūactio ꝓ liberatōe ppli isral'a psecutōibꝰ suis q̄ freqnter legit facta a deo Et dīndit i duas ptes: qz ꝑ ponit dicta liberatio: scdo psequētū punitō ibi. Dñs iustꝰ. Circa primū dī. b Dicat nūc isral'. gratāter recoḡscendo liberatōez sui a periculis. c Sepe expug. me a iuuē. mea. iuuentꝰ āt isral' dī q̄n fuit in egypto: vñ dixit dñs hiere. ij. ca. Recordatꝰ suz adolescētiā tuā q̄n secuta es me in deserto. z loq̄tur de ꝓgregatōne ppli israel. tunc em̄ liberauit eos dñs ab egyptijs eos psequētibꝰ in mari eos submergēdo: Exo. xiiij. z postea ab amalechitis eos inuadētibꝰ: Exo. xvij. et iō replicat. Sepe expugnauerūt me zc. d Etenī nō po. mi. ſ. ꝓualere: qz egyptij fuerūt sūmersi z amalechite debellati. e Supra dorsum me. fa. pctōres. i. egyptij filijs isral' grauia onera imponētes: vt hī in Exo. f Prolonga. iniq. suam nolētes dimittere ppl'm ad dei mandatū: z sic nō solū fuerūt filijs israel crudeles: ſ cū ꝟ deo rebelles. g Dñs iustꝰ. ꝟ ꝓnponit dictoꝝ psecutoꝝ punitio cū dī. Dñs iustꝰ ꝓcidet cervices pec. eos malis gratibꝰ suis hūiliādo. h Confundant z quertant retrorsuz: tanḡ debellati a deo. i Omnes q̄ odērt syon: q̄ tūc erat locꝰ diuini cultus: z p ꝟ intelligunt filij isral' q̄ locū istū cā deuotōis frequntabāt. k Fiāt sic fenū tectoꝝ zc. qō pꝰ modicū viroꝝ cito desiccat z desicit z in ꝟ petit ps. q ꝓspitas ꝓsequntiū ppl'm isral' cito trāseat z deficiat. l De q̄. i. de feno tectoꝝ. m Nō implet manū suā q̄ metet zc. qz reputat ipm inutile. z in ꝟ desigt ps. q ꝓsperitas tpalis maloꝝ nō ē vtilis ſ magz nociua. n Et nō dixerūt q̄ ꝑteribāt zc. modus est boim transeūtiū iuxta terrenascentia bonū fructuz facientia imprecari benedictōnem domini super ipsa. z non super terrenascē-

tã nullũ bonũ frũctũ făcientia: ꝛ per hoc petit psal. q̃ pse-
cutozib⁹ populi israel nõ imprecent ꝓspera ꝫ magis ad
uersa ſm ordinẽ diuine iustície mala coꝛ punietia

¶ In pš.cxxviij. Sepe expugnauerũt me vbi dr̃ in postil.
De materia vo huius psalmi. Additio.

QVntinuatur
hic pš.cũ p̃-
cedenti sic.
Dixerat em̃ in psal
mo p̃terito q̃ timẽs
deũ haberet multa
bona ꝛ spãliter vide
ret pacez sup isrl̃.s.
sup totũ pp̃z fidelẽ
ne quis putaret q̃ il
la paꝛ esset tpaliter i
telligẽda: iõ subdit.
Sepe expugnauẽ-
rũt me a iuuentute
mea. q.d. intelligas
q̃ populus dei sem
per hẽat pacẽ tpalẽ
nã frequẽter cõtingit oppositũ. qz Sepe expugnauerunt
me a iuuentute mea. i. a principio exoꝛdij fideliũ: qõ satis
patet in ꝓcessu vtriuscz testamenti: ꝛ vt ostendat q̃ ex tali-
bus impugnatõibus nõ sequit subuersio fideliũ finaliter
iõ dicit. Sepe expugnauerũt me etem̃ nõ potuerũt mihi
Cetera aũt exponant̃ ꝓut in postilla. reducẽdo tm̃ illa nõ
solũ ad pp̃m antiquũ veteris testamẽti: ꝫ etiã ad populũ
nouũ fidelĩ vtriscz em̃ cõtigerũt ea que in hoc pš. cõtinẽ-
tur. vt patet intuenti.

¶ Psal.cxxix.

DE pfundis. titulus. Canticũ graduũ ꝛ ptz snia per
pdicta. De materia vero huiꝰ psal. dicũt alicꝫ q̃ est
oõ ipius dõ ꝓ sua liberatõe a peccatis adulterij
cã bersabee ꝛ homicidij vrie: sed finis psal. videtur magis
ptendere q̃ sit oõ ꝓ liberatõe populi isrl̃. a babylonica ca
ptiuitate facta ab aliquo spm̃ dei hũte: q̃ loquẽs in psona
populi dicit. a De pfundis. i. de terra babylonis que ẽ
demissa respectu iudee: ꝛ etiã qz in babylone aliq̃ de iude-
is erãt positi in carceribꝰ subterraneis. b Clamaui ad
te dñe. orandũ coꝛde ꝛ oꝛe. c Fiant aures tue intẽden-
tes. loq̃tur de deo ad modũ hois cuiꝰ aures sũt attente ad
petitõez quã vult exaudire. d Si iniquitates obserua-
ueris dñe. volẽdo eas vsq̃ ad vltõez punire. e Dñe q̃s
sustinebit. q.d. nullus: qz pctã ꝓpter que ppl̃s fuit captiua
tus fuerũt mlta ꝛ grauia valde. vtz ex. iiij. Reg. ꝛ. ij. paly.
a Quia apud te ꝓpiciatio ẽ ꝛ ꝓpter legẽ tuaz sustinui te.
dñe. in hebꝛeo hr̃. Quia tecũ est ꝓpiciatio ꝓpter hoc time
beris. qõ exponit Ra. sa. sic. Quia tecuz est ꝓpiciatio. i. qa
tu solus potes pctã dimittere: vel remittere. Propter hoc
timeberis. i. es timẽdus: si em̃ alius posset pctã remittere
nõ sic esset: qz ad illũ posset esse recursus. Et ad idẽ videt
tendere translatio hiero. q̃ sic hz. Quia tecuz est ꝓpiciatio
cũ sis terribilis. ſm vero translatõez ꝓmunẽ hic allegatur
ratio q̃ deus nõ puniat peccata ad plenũ ex allegatõe sue
mie: cũ dr̃. a Quia apud te ꝓpiciatio est. q.d. qz ꝓpriuz
tibi est miserẽri ꝛ parcere: nõ decet te iniq̃tates p̃dicto mõ
obseruare. b Et ꝓpter legẽ tuã. que ꝓmittit vere penitẽ
tibus miam. c Sustinui te dñe. expectando beneficiuz
tue mie. d Sustinuit aia mea in verbo eius. qõ ꝓmittit
miam penitẽtibꝰ. ꝛ sic est repetitio eiusdẽ ſnie sub aliis v̄-
bis ad maiozẽ expssionẽ affectꝰ: sicut cõiter fit in deuotis
oõnibus. e Spauit aia mea in dño ꝛc. hic est ꝓncipiũ
versus qui talis est in hebꝛeo ꝛ in trãslatõe hiero. Anima
mea ad dñm a vigilia matutina vsq̃ ad vigiliã matutinã.
ꝛ sic exponit̃. Alia mea ad dñm. intẽta ꝓ deuotõez expectã
do suã miaz. A vigilia matutina vsq̃ ad vigiliã matutinã
idẽ a ꝓncipio diei naturalis vsq̃ in finẽ includẽdo diem
ꝛ noctẽ. ꝛ ꝓ hoc insinuat psalmista q̃ aia iusti dz sp esse ad
dñm intenta: nõ solũ tpe ꝓsperitatis significato per diem
ꝫ etiã aduersitatis significato ꝓ noctẽ. ꝛ sic cũ in translatõ
ne cõi dr̃. f A custodia matuti. vsq̃ ad noctẽ. ly vsq̃ ad
noctẽ: intelligit inclusiue. g Spet isrl̃ i dño. h est ꝓnci-
piũ versus seq̃ntis in hebꝛeo ꝛ in trãslatiõe hiero. dicit igit
Spet isrl̃ in dño. miaz eiꝰ patiẽter expectando: cuiꝰ rõem
assignat dicẽs. h Quia apd dñm mia. q̃ sup exaltat in
dictũ: vt dr̃ Jaco. ij.
i Et copiosa apud
eũ redẽptio. q.d. po
tens est multis mo
dis redimere ppl̃m
israel de captiuitate
ꝛ nõ solũ de captiui
tate coꝛpali: ꝫ etiaz
spũali: iõ subditur.
k Et ipe redi. isr. ex
oibus iniq̃. eiꝰ q̃ sp
verificat de vere pe
nitẽtibꝰ: ꝛ sic ex sine
huiꝰ psalmi apꝑet
q̃ est oõ ꝓ toto po
pulo israel: sicut ꝓ-
dictũ ẽ i ꝓncipio eiꝰ

f in dño. A custodia matuti
g na vsq̃ ad noctẽ: speret isrl̃
h in dño. Quia apd dñm mi
i sericoꝛdia ꝛ copiosa apud
k eũ redẽptio Et ipe redimet
isrl̃ ex oibus iniq̃tatibꝰ eiꝰ.

Canticũ graduz. cxxx.

a DOmine nõ est exaltatum coꝛ meũ: neq̃ ela
b tũ sunt oculi mei. Neq̃ am
c bulaui in magnis neq̃ i mi

¶ In psal.cxxix. De ꝓfundis. vbi dr̃ in postil. De mate-
ria vero huius psalmi ꝛc. Additio.

QVntinuat iste psal. cũ p̃cedẽti sic'. Nã in p̃cedenti
tractauerat de impugnatõe hũana cõtra populuz
dei: in qua dixit q̃ deꝰ est vltoꝛ taliũ aduersarioꝝ di
cens. Dñs iustus cõcidet ceruices peccatoꝝ ꝛc. In hoc au
tẽ psal. intẽdit de impugnatõe intrinseca eccie q̃ fit ꝓ mul
ta ꝛ varia peccata in ipa ecclesia ꝓpetrata: ꝫ em̃ eccia pñs
ẽtuz ad iustos est sine macla ꝛ ruga: semꝑ tamẽ in ea sũt
mixti mali cũ bonis. Et qz isti peccatozes sunt multi ꝛ se-
pe in ꝓfundo malozꝝ submersi. iõo eccia taliũ oꝛans dicit
De ꝓfundis clamaui ad te dñe. i. de ꝓfundis pctoꝝ. sicut
em̃ deus in altis dr̃ habitare, sic eadẽ rõe dr̃ lõge esse a pec
catoꝛibꝰ: iuxta illud. Longe a pctoꝛibꝰ salus. ꝛ cũ altum q̃
ꝓfundũ sunt opposita ꝛ valde remota: ideo petit Exaudi
oõnez meã. q.d. moꝛe humano a longe ad te clamo. ꝛ iõ
reqr̃itur vt Fiãt aures tue intendẽtes ad vocẽ depcatõnis
mee. ille em̃ qui vult audire aliquẽ existentẽ i valde remo
tis optet q̃ habeat aures attẽtas ad audiendũ. Cetera aũt
patent ex his que dicunt̃ in postilla. applicando ad hoc q̃
positum. ¶ In eodẽ psal. De ꝓfundis. vbi dr̃ in postil
la. Quia apud te ꝓpiciatio est. Additio.

LIttera hebꝛaica in hoc loco veriꝰ sonat vt timearis
ꝛ põt exponi sicut in postilla ꝛ est alius sensus vt i
telligat sic: qz Tecũ est ꝓpiciatio hoc est q̃ tu po-
tes remittere pctã. ideo timẽdus es. Si ei deus nõ posset
peccata remittere effrenate ꝛ intrepide qui lapsi essent in
vno peccato: cõtinue ꝛ incessanter vlterius peccarent q̃si
de venia despantes: ꝛ hic sensus magꝭ ꝓcoꝛdat cũ ira. Nõ
em̃ dicit: qz apud te solũ est ꝓpiciatio ꝛ timoꝛ sequeret ex
exclusione alteriꝰ ꝓpiciantis: ꝫ simplr̃ sine exclusione dic.
Tecum ẽ ꝓpiciatio: qõ cõsonat secũdo sensui ¶ Ps. cxxx.

DOmine nõ est exaltatũ. Huic psal. p̃mittit talis ti
tulus in hebꝛeo. Canticũ graduũ ipi dauid. Exq̃
ptz q̃ dauid fecit psalmũ istũ. Circa qõ sciendũz q̃
sic in coꝛpe naturali bona ꝛ mala dispositio capitiz redun-
dat in mẽbꝛis: sic meritũ et demeritũ ꝓncipis redũdat in
subditis: vñ ꝛ ppl̃s isrl̃ fuit pcussus ꝓpter pcm̃ dõ in pp̃li
nũeratõe. vt hr̃. ij. Reg. xxiiij. Iõ dõ ẽ cõsideras in ẽ pš.
ꝓponit coꝛã deo meritũ vite sue nõ ad iactãtiã ꝫ in se reco
gnoscens diuinã misericoꝛdiã ꝛ grãm ad pp̃m sibi subditũ
ꝑseruatõez. sic. iiij. Reg. xx. Ezechias dixit Obsecro dñe:
memẽto quõ ambulauerim in veritate coꝛaz te ad ipetran
dũ ꝓlongatõez vite sue. Et qz hũilitas ẽ fundamentũ alia
rũ vtutũ. ideo in hoc pš. magis facit mentõez de sua hũili
tate q̃ ẽ insinuãs alia bona supedificata a deo. dicit igitur
a Dñe nõ est exaltatũ coꝛ meu moru superbie interioꝛi.
b Neq̃ elati sũt oculi mei. in signo exterioꝛi. dispositio ei
coꝛdis magis apꝑet in oculis q̃ in ptibꝰ aliis. c Neq̃

ambu.in mag.oñendo supbiã in facto. d Neq in mi rabilib⁹ sup me.i.transcendentib⁹ statũ meũ vt q̃ eẽm in admiratõne hoim:qõ maxie querũt supbi. e Si nõ bu militer senti.de meipso. f Si exaltaui aiam meã.i.me ipm a pte denoiando totũ me q̃ supbiã eleuando fiat sup ple de me punitio i modũ q̃ sequit.

g Sicut abla.ẽ su. ma.suã.a q̃ mr̃ subtrahit mamillã sic a deo subtrahat mihi ois ꝓsolatõis dulce do:ꝫ q: nolebat po pulũ puniri ꝓpt̃ ipsum: ideo subdit.

b Ita retributio i aia mea. fiat punitõ in ꝓpria ꝑsona: sic ei loquebat.ij. Exeguz xviij. Ego suz q̃ pec caui ego q̃ iniq̃ egi. isti q̃ oues sũt q̃d fecerunt vt̃ obsecro ira tua ꝫ me. tõ subdit. i Speret isrl̃ in dño. ꝑfec̃ bona ab ipso:ita q̃ occasione mei nõ puniat in aliq̃. k Ex h̃ nũc z vsq̃ i seculuz l.q totũ tps futurũ. Moralitas autẽ hui⁹ps. ẽ vt princi pes mũdi exemplo dauid zelent p salute ppli sui.

In ps̃.cxxx. Dñe nõ est exaltatũ: vbi dr̃ in postil. Circa q̃s sciendu.

Addino.

Quia in psalmis ꝓteritis multa ponunt ad dignitatem eccie ptinẽtia:ne ex h̃ forte aliq̃ iactantia ozire tur in singularib⁹ ꝑsonis:idcirco in hoc ps̃. Dauid agit de humilitate sua nõ iactãter ꝫ deo regratiãs et vt ab eo alij discãt. Humilitas eñ in magnis viris z vtuosis ẽ ꝓcipue ꝓmendãda:vñ Bern.sup missus ẽ home. Non est magnũ eẽ hũilez in abiectõne:rara ꝓsus z ꝓciosa virt⁹ est hũilitas honorata:vñ dic̃. Nõ ẽ exaltatũ cor meũ zc̃.expo naẽ put in postil. ꝫ vbi translatio nr̃a dicit. Sed exaltaui aiam meã. In heb. hr̃ verbũ q̃ significat subiectõez:vnõ lr̃a sic hz. Si nõ hũiliter sentiebã z subieci aiam meã:z q̃lis sit ista subiectio subdit.d. Sic ablactat⁹ ẽ sup marrem suã. Ablactat⁹ eñ nõ ꝓsumit neq tẽtat ambulare in magnis:ꝫ sp nitit directõni mr̃is. Ad cui⁹ ꝓfirmatõez p modũ oõnis vel iuramenti dicit. Ita retributio in aia mea. s.a deo qui retribuendo eũ q̃ se hũiliat exaltat z ecõtra: Luc. xviij.ca. Finaliter aũt inuitãs fideles ad hũc modũ viuendi in vera hũilitate ꝓcludit. Speret isrl̃ in dño.i.nõ in viri bus nec meritis ꝓpr̃ijs ꝓfidat.ex q̃ ꝓsumptio supba oritur ꝫ in deũ sp speret:q̃ quidẽ spes vera nõ ex meritis seu viri bus ꝓpr̃ijs tm̃ ꝓuenit:ꝫ principaliter etiã ex gratia.

Psalmus.cxxxj.

Memẽto dñe dauid. Titul⁹ h⁹ps. Canticũ graduz licet in h̃ titulo nõ ponat nomẽ dauid.tamẽ fuit actor h⁹ ps̃.vt dictũ fuit s̃.ps̃.xxiij.z appar̃ebit i p cessu hui⁹ ps̃.in quo dõ fac̃ mentõez principaliter de duobus:vicz de deuotõne quã habuit:de edificatõne templi: z de ꝓmissione sibi facta a deo c̃tuz ad successionẽ regni in filijs suis:de quib⁹ duob⁹ hr̃.ij. Reg.vij.p q̃ ponit ꝓmũ scõo scõm:ibi. Iurauit dñs. Prima in duas:q: ꝑ ponitur deuotio dauid erga templi edificatõnem:scõo circa arche translatõez:ibi. Ecce audiuim⁹. Circa primũ dicit.

a Memento dñe dauid. ꝓferendo eis ei bona gr̃e z gl̃ie.
b Et ois mansuetudinis e⁹. q̃ manifeste patuit in hoc q̃ sauli ipm ad mortẽ ꝓsequenti: bis a morte pepcit cũ possz eũ occidere:z q̃ plus est de manib⁹ viroz suoz saulẽ accidere volentiũ liberauit ipm: vt hr̃.j. Reg.xxiiij.z.xxvj. Et q: nõ solũ fuit mãsuet⁹ ꝫ etiã valde deuot⁹: iõ subdit.
c Sicut iurauit dño votũ vouit deo iacob.Iz eñ sit deus omnium generaliter,tm̃ dicit deus iacob spãliter: quia voluit ei exhibere spãlem cultum:Gene.xxviij. dicens. Erit mihi dñs in deum: z lapis iste quem erexi in titulum vocabitur domus dei zc̃.z quale fuerit votum dauid subdit
d Si introiero.i.nõ introibo. e In taberna. domus mee.ibi habitabo in mentis quiete.
f Si ascendero.i. non ascendam.
g In lectum strati mei. ibi dormiendo delitiose. h Si dedero.i.non dabo.
i Somnuz oculis meis.ꝓfectũ z quietum. k Donec inue.lo.do.i. aptuz ꝓ templi edificatiane: ideo subdit. l Taber.deo iacob.id est vt edificẽ ei templũ q̃ aliq̃n vocat tabnacl̃m .sic ei ꝓposuit dauid firmiter facere: supposita tm̃ dei volũtate:nec est per hoc intelligendũ q̃ nullo mõ intraret domũ suã vel lectũ seu dormiret:ꝫ q̃ talia nõ faceret cum bona z ꝓfecta quiete mentis: donec domum dñi ꝓpleret:z in hoc exprimit magnũ ei⁹ desideriuz ad domus dñi ꝓplementũ:z hoc mõ dr̃ fm cõem moduz loquendi de hoie multũ desiderante finẽ alicui⁹ negocij q̃ nõ dormiet bonũ somnũ donec ꝓplenerit tale negocium Et q: dñs noluit q̃ ipse edificaret ꝫ expectaret tps filij sui salomonis:fuit liber a voto:dñs tm̃ habuit acceptuz eius bonũ ꝓpositũ fm q̃ dr̃.ij.reg.viij.q̃ cogitasti in corde tuo edificare domũ noi meo bñ fecisti hoc ipsuz mente pertractans:verũtm̃ tu nõ edificabis mihi domũ ꝫ fili⁹ tuus zc̃.
m Ecce audiuim⁹. Hic ꝓñr ostendit deuotio Dauid in arche translatõne facta:z primo c̃tum ad translatõez factam tpe dauid:scõo c̃tum ad translatõez tpe salomonis ibi. Surge dñe. Circa primũ sciendũ q̃ archa primo hũit stabilem mansionẽ in sylo vbi posita fuit tpe Josue q̃ erat de tribu ephraym:fm q̃ hr̃ iosue.xix. Congregati sũt omnes filij israel in sylo ibiq̃ fixerũt tabernaculũ testimonij: ibi fuit archa circiter annis.ccc.z.x.s. vsq̃ ad illud temp⁹ quo capta fuit a philisteis z portata in terrã eoz: vt habet j.Reg.v.z extũc nõ habuit stabilẽ mansionẽ quousq̃ fuit posita i tẽplo p salomonẽ edificato:ꝫ i tra philistinoz fuit trãslata ꝺ citate i ciuitatẽ:vt hr̃.j.Re.v. z inde remissa i trã isrl̃:vt hr̃.j.reg.vj.z tũc fuit posita i cariathiari:vt hr̃.j. regũ.vij.z ide trãslata fuit i maspha:z inde in galgala:vt dr̃ lt.de hebraicz qõntib⁹:z postea fuit trãslata i nobe vbi erat tpe salutz.fm q̃ hr̃.j.reg.xxj.z inde trãslata ẽ postea in gabaa i domũ aminadab:z ide trãstulit eã dõ i domũ obededõ:z ide i citatẽ dõ:vt hr̃.ij.reg.vj. Igr̃ dõ in transla.arche de oib⁹ istis loczñõ facit mentõz:ꝫ tm̃ de sylo vbi fuit ꝑ posita:z ꝺ gabaa vñ accepit eã:z de loco vbi eã posuit cũ dic̃.
n Ecce au.eã.s.archã fuisse posita ꝑ.
o In ephrata.i.i sylo q̃ ẽ i sorte ephraym: z iõ nõ accipit h̃ ephrata ꝓ citate bethleẽ q̃ alio noie vocata ẽ ephrata: vt hr̃ genñ.xxv. q: archa nũq̃ legit fuisse i bethleẽ.
p Inue.eã i cã.silue.i.i gabaa q̃ ẽ i territorio cariathiari:q̃ citas siluaz inkprat:gabaa ei ꝓpt̃ h̃ accipit z cariathiari sẽ loca ꝓpinqua: vt dictũ fuit pleni⁹.fi.reg.vj. p Introi.in ta.ei⁹.z loqtur de tabnaculo q̃ tetẽdit ei dõ in irl̃m:vt hr̃ ibidẽ.
q Adorabi.i lo. i.dñus locũ.
r Ubi ste.pe.ei⁹: ꝓpiatoriũ ei q̃ dicebat sedes dei:erat sup archã ita q̃ opculũ arche erat q̃si scabellũ dei sedẽtz sup ꝓpiatoriuz vt dictũ fuit pleni⁹ Exo.xxv.
s Hoies ãt venientes ad tabnaculũ oõnis cã: adorabãt vsq̃ facie ad locũ arche. s Surge dñe.h̃ ꝓñr describit trãslatio arche ad tẽplũ edificatũ a salomone: vbi hũit stabilez mãsionẽ z q̃etã:quã trãslatõez puidit dõ fieri p⁹ mortẽ suam:iõ dic̃. s Surge do.in re.tuã.h̃ est in domũ a salo-

mone filio meo edificandā: vbi elegisti stabilē mansionē ꝛ
q̄etam t Tu ꝛ archa sctificatōis tue. q̄ sic noiaꝝ eo q̄ cō
tinebat. sctā. s. tabulas digito dei descriptas ꝛ v̄gā aaron ꝛ
vrnā aureā manna plenā. v Sacerdotes tui. i. ad tuuz
obsequiū deputati. x Induaꝝ iusticia. ita q̄ nō solū oꝛ
nētur exterius oꝛna
mētis coꝛpalib⁹. sed
etiā interi⁹ virtutib⁹
y Et sancti tui. i. sa
cdotes ꝛ leuite tuo
obseqo deputati: sā
ctū em̄ in vna signi
ficatōe idē est qō di
uino cultui deputa
tuz: vñ ꝛ etiaz vestes
ad hoc deputate di
cuntur sancte.

z Exultēt. i. te lau
dēt cū deuotiōe mē
tis in signo exterio
ri apparēte: fm illō
ps. lxxxiij. Coꝛ meu
m ꝛ caro mea ex
ultauerūt in deū vi
uum a Propter dauid seruū tuū. i. ꝓpt merita ei⁹ ꝛ de
ꝓcatōez. b Nō auertas faciē xp̄i tui. salomonis de mā
dato tuo in regē vncti. dicūt ei hebꝛei q̄ cū sacerdotes trās
ferrēt archā ad tēplū salomonis poꝛte clauserūt se ꝫ eos ꝛ
cū oꝛarēt dōm ꝛ cātarēt psal. istū q̄n venerūt adversuz istū
Poꝛte aperuerūt se. ꝛ sic vidit oīs ppl's q̄ dō erat deo ac
ceptus. vsq̄ em̄ ad illud tp̄s multi de ppl'o tenebāt cōtrariu
m ꝓpter adulteriū ꝓpetratū cū bersabee ꝛ homicidiū
Vrie: ꝛ ad declarandū q̄ illa peccata erāt sibi dimissa fuit
facta illa clausio poꝛtaꝝ ꝛ aptio sicut dcm̄ fuit pleni⁹. iij.
Reg. viij. ꝛ. ij. paly. vj. c Jurauit do. Hic ꝓm̄ agit de p
missione successionis regni in ꝑle dō. ꝛ p̄ describit dicta p
missio. scdo ꝓmissiōis rō ibi. Qm̄ elegit. Circa ꝓmū dicit
c Jurauit dns dō. i. ipi dō veritatē. q̄ ē veritas ꝓma.
d Et nō frustrabit eū. denegādo ꝓmissuz. ꝛ q̄d sit illud
subdit. c De fructu vētris tui po. su. sedē tuā. ꝫ em̄ ei ꝓ
misit q̄ nathan ꝓphām. ij. Reg. vij. ꝛ ꝫ ꝓmissum p̄ fuit im
pletū in salomōe filio dō. q̄ in regno ei successit ꝛ multo p
fectius in xp̄o descēdente a dauid fm carnē cui⁹ salomon
figura fuit. ꝛ in q̄ dauid regni accepit ꝓpetuitatē. f Si
custodierint filij tui testa. meū. i. decē legis p̄cepta. que dns
ꝓtulit in mōte synai. Exo. xx. g Et testimonia mea. q̄s
tum ad alia mādata q̄ dns dedit ppl'o q̄ moyseu. h Et
filij eoꝝ. vs. in sc'm. i. absq̄ tp̄is determiatōe. i Sedebūt
sup sedē tuā. s. regni tui. ꝛ ita fuisset factū si p̄dicta seruas
sent. ꝫ qz reges a dauid descēdētes multipl'r trāsgressi fue
rūt legē diuinā. vtz ex decursu. iiij. Reg. ꝛ. ij. paly. ideo ista
successio ī dignitate regni tpe sedechie fuit inꝛupta. vt hr̄
iiij. Reg. vlt. k Qm̄ elegit. Hic ponit p̄dicte cōmissio
nis rō q̄ fuit deuotio ipius dauid ad diutuz cultū. ꝛ ideo
dns voluit q̄ locꝰ sui cultꝰ esset ꝓpe dō palatiū. ꝛ ꝫ ē q̄d dr
k Qm̄ elegit dns syō. i. montē syō vt ibi edificaret tēplū
suū. ió subdit l Elegit eā in hitatōez sibi. lz ei de⁹ sit vbi
q̄. dicebaꝝ tñ ibi spāliter hītare. eo q̄ dabanꝝ ibi diuia rñsa
de ꝓpciatoꝛio q̄ dicebaꝝ sedes dei. electōez autē hui⁹ loci
oñdit de⁹ q̄n deus p̄cepit ipi dō p gad ꝓphām vt extraeret
ibi altare ꝛ offerret hostias ꝛ exaudiuit eū dns in igne ō ce
lo descendēte sup altare. vt hr̄. j. paly. xxj. ꝓpter q̄ dō hoc
vidēs dixit. Hec ē dom⁹ dei. ꝛ ꝫ altare in holocaustū i isr̄l
ꝛc. vt hī ibidē id p̄ncipio. xxij. c. m Hec reqes mea. q̄a
archa dñi inde nō fuit ad aliō tēplū trāslata. n Viduā
ei⁹ bñdicēs bñdicā ꝛc. i. psonas hītes deuotōez ad hūc lo
cū q̄tūcunq̄ sint qui pōderis in ppl'o in bonis, spūalib⁹ et
tpalib⁹ multiplicabo. o Sacerdo. ei⁹ ꝛc. i. saluabo eos
vndiq̄. sic̄ indumentū circūdat boiez circūq̄q̄. p Et scī
ei⁹. i. leuite mistrātes ei deuote q Exultatōe exultabūt. i.
exultatōe mētis ꝛ coꝛpis. nō p dissolutōez ꝫ p deuotōnem

t tu ꝛ archa sctificatōis tue.
v Sacerdotes tui induaꝝ iu-
x iusticia ꝛ sancti tui exultent
z Propter dō ꝛuū tuū nō a-
a uertas faciez xp̄i tui. Jura-
b uit dns dō veritatē: ꝛ non
c frustrabit eū de fructu ven
d tris tui ponā sup sedē tuaz
e Si custodierint filij tui te-
f stamentū meū ꝛ testimonia
g mea hꝫ q̄ docebo eos. Et fi-
h lij eoꝝ vsq̄ in sc'm sedebūt
i sup sedē tuā Qm̄ elegit do

r Illuc ꝓducā coꝛnu dō. i. dignitatē regiā ipius ꝓlonga
bo ī filijs suis ꝓpt ipm. ió subdit s Paraui lu. xp̄o ꝛc.
id ē mēoꝛiā regni ipi dō. vñ. iij. Reg. xj. vbi agit ō trāslatio
ne decē tribuū ad hieroboā. dī de roboā nepote dō. Filio
aslt ei⁹ dabo vnā tribū, vt remaneat lucerna dauid seruo
meo ꝛc. ꝛ sīle verbū
dī de plurib⁹ regib⁹
a dauid descendēti-
bus q̄ ꝓpt pcta sua
meruerāt destructō
nē regni q̄ ꝫ tm̄ fie-
bat vt remaneret lu
cerna dauid. t In
imicos ei⁹ induā cō
fusiōe. q̄d factū fuit
tpe dauid ꝛ salomo
nis ꝛ plurīū aliozꝫ
regū a dauid descen
dentiū. q̄n bñ se hē-
bāt ad cultū diuinū
vt ꝑz de ezechia. cu-
ius tpe angel⁹ dñi p
cussit centū octogi-
taq̄nq̄ milia i castrꝝ
l mun⁹ syō: elegit eā in hita-
m tōez sibi. Hec reqes mea ī
sc'm sc'i: hic habitabo: qm̄
n elegi eā. Viduam ei⁹ bñdi
cēs bñdicā: paupes ei⁹ sa-
o turabo panib⁹. Sacerdo-
p tes ei⁹ induā salutari: ꝛ sc̄ti
q ei⁹ exultatōe exultabūt Il-
s luc ꝓducā coꝛnu dō: para-
t ui lucernā xp̄o meo. Jnimi
cos eius induaz cōfusione
v sup ipm aūt efflozebit sctī-
ficatio mea.

sennacherib. ꝛ sic fuit cōpulsus fugere cū cōfusione. vt hꝫ
iij. Reg. xix. v Sup ipm aūt. q̄tū ad ꝓlonā ei⁹ ꝛ domū
ipius. x Efflozebit sctificatio mea. i. vnctio regia q̄ durā
uit vsq̄ ad sedechiaz. In hebꝛeo hr̄. Lucebit coꝛona mea.
q̄d ꝑt intelligi de coꝛona regni materiali q̄ erat de auro et
gēmis fulgētib⁹. In ps. cxxxj. Memēto dñe dauid
vbi dicit in postil. Circa ꝓmum dicit. Additio.

David fec̄ mentōez de hūilitate sua. petēs a deo retri-
butōez hui⁹ hūiliatis in aia sua dicēs. Ita retribu-
to in aia mea ꝓut exposītū ē in additōe ps. p̄cedētis. In
ꝫ aūt cātico dauid declarat quō deus exaltauit illū in ꝓe
miū p̄dicte hūilitatis ꝓmittēdo ei xp̄m vēturū de semine
suo eo mō q̄ abꝛae in ꝓmiū imolatōis filij sui ꝓmiserat q̄
in semie suo. s. xp̄o benedicēnt oēs gētes. Gen. xxij. c. Cir-
ca q̄ō ps. duodecim facit. Nā ꝑ ꝓphetizās p modū oꝛōis
dicit. Memēto domie dō ꝛ oīs māsuetudis ei⁹. i. remini-
scaris eū remunerare ꝓ sua hūilitate ꝛ māsuetudie. Cō-
seq̄nter scdo incipit exoꝛdiri ꝓmissionē illaz de xp̄o ab eo
descēsuro digressionē faciēs a ꝓposito suo circa edificatio
nē tēpli. cui⁹ rō est. nā ꝓtūc fuit sibi ꝫ ꝓphetatū q̄ nathan
vt ꝑz. ij. Reg. ꝛ ō illa hystoꝛia agit vsq̄ ibi. Et scti tui exul
tatōe exultabūt. ꝛ exponāt ꝑsus intermedij sic̄ in postil.

Conseq̄nter tercio qz etiā illa q̄ sunt a deo ꝓmissa quan
doq̄ reqrunt oꝛōes sctoꝝ vt ope ipleanꝝ. idcirco oꝛat ne
impediaꝝ p̄dicta ꝓmissio. ꝛ de ꝫ dicit. Ꝓpt dō seruū tu-
uz nō auertas faciē xp̄i tui. i. veri xp̄i q̄ anthonomatice dr̄
xp̄s dei. hec em̄ verba. Nō auertas faciē xp̄i tui. nō possūt
rōnabiliter intelligi de salomone: nam si salomon nō re-
gnasset valde ꝛpoꝛtune diceret q̄ ipse salomon auerteret
faciem suā a regno: sed potius q̄ regnū auerteret faciē su-
am a salomone. ꝛ fm hunc sensum debuisset dicere. Pro
pter dauid seruū tuuz nō auertas faciem regni a xp̄o tuo.
Nō aūt hec fabulanꝝ hebꝛei de sacerdotib⁹ trāsferentib⁹
archā ad templū salomonis ꝛc. ficticiū est. Nō hz fun da-
mentū in scriptura: nec est verū q̄ ppl's nō credebat fuisse
dimissum ipsi dauid adulteriū ꝛ homicidiū vsq̄ ad tp̄us
translatōnis ipsius archē. tum qz. iij. Reg. vl. fuerūt signa
manifesta quibus totus ppl's debuissz credere q̄ deus ac-
ceptauerat sacrificia ꝛ holocausta oblata ab ipso dauid q̄
nō fuisset ipso nō existente in gr̄a. tum qz salomon fili⁹ ber
sabee cum qua dauid ꝓmiserat adulteriū fuit assumptus
in regnū ꝛ approbatus a deo alijs fratrib⁹ exclusis qō eēt
valde incōueniens si pcm̄ patris ꝛ matris nonduz fuisset
dimissum. Nec esset verisimile qz nō fuisset obiectuz salo-
moni nouiter regnanti q̄ populū vel aduersarios. Cōseq̄n
ter q̄rto dicit quō sua oꝛō fuit exaudita dicēs. Jurauit dns

dauid ꝛc.quod non dz intelligi de successione salomonis in regnū. Primo qz in illa hist oria in q̄ agit de dimissiõe Nathan ad dauid vbi fit mentio de successione filij dauid in regnū patris q̄ hz in duob⁹ locis scz.ij. Reg. vij.ꝛ. j.paralyp.xvij.nunq̄ legit q̄ de⁹ iurasset sup tali successionez ß solū ß simplr legit fuisse ꝓphice denūciatū: vtz in vtroq̄ ca.p̄dicto ꝛ: vñ cū ß dr. Iurauit dñs ꝛc. Nõ est referendus ad ꝓphiam nathā vbi nullū iuramentū interuenit. Secdo qz valde inconueniẽs videt q̄ sup successionez salomonis i regno tpali ꝛ caduco de⁹ tam firmiter iurasset: tū qz plurimi reges regnāt ex ordinatõne vel ꝑmissione diuina sine tali iuramẽto: idcirco potⁱ⁹ dicendū est ꝛveriⁱ⁹q̄ ß iuramẽtū fuit factū ipsi dauid sup aduentū xp̄i de fructu ventris sui qđ fuit int̄ ꝑmissa diuina qđ ꝓcordat ꝓphie cū illa hist oria Gen.xxij.ca. vbi cū de⁹ int̄ quedā alia denūciasset abrahe q̄ in semie suo bñdicent̄ gentes. qđ intelligit ad literaz de xp̄o interposuit firmū iuramentū dicẽs. Per memetipm iurauī dicit dñs ꝛc. sup qđ apl's ad Heb.vj. reddẽs rõnez ꝙre de⁹ abrahe iurasset sic dicit. In q̄ abūdantⁱ⁹ volẽs deus ostẽdere pollicitatõnis heredib⁹ imobilitatẽ ꝓsilij sui interposuit iuramentū. Ex q̄ pz q̄ ex maxia excellẽtia rei ꝑmisse de⁹ interposuit iuramentū: qđ tñ nõ ꝓpterit regno salomonis tpaliter: vt de se pz. Si aũt dicat vñ hz auctem istõ iuramentū cū ß nõ inuenias int̄ in ca. sup̄adict̄ vbi de successione regni dauid agit: ad ß dicendū q̄ sufficit anctas ipsi⁹ dauid q̄ magnⁱ⁹ ꝛ egregiⁱ⁹ pⁱ⁹. fuit in isr̄: vt.ij. Reg.xxiij Manifestū est em̄ q̄ sepe euãgeliste de vna ꝛ eadẽ re tractantes quidã explicãt aliq̄ q̄ ab alijs fuerit ꝑtermissa. põt etiã rõnabilr dici q̄ nathā q̄ nõ erat tanti gradⁱ⁹ in ꝓphia fuit revelata successio salomonis tm̄ q̄ figurativa erat successionis xp̄i: sup quã iuramentū interuenit ꝓpter arduitatez ꝛ magnitudinẽ rei ꝑmisse. Cõcordat etiã cū ß q̄ legit ꝙ. in ps̄. de sacerdotio xp̄i. Iurauit dñs ꝛ nõ penitebit eum: tu es sacerdos in eternū. qđ quidẽ iuramẽtū nõ legit in alijs hist oriis ꝓphicis: ꝛ tñ credendū ẽ firmit̄ ex testimonio ipsius dauid q̄ de⁹ ß iurauit ꝓpt̄ magnitudinẽ excellẽtie talis sacerdotij. Conseqnt̄ qnto int̄ ponit illa q̄ fuerūt denūciata p nathā ipsi dauid q̄ ptinẽt ad salomonez ꝛ ẽt ad alios successores: ꝛ ß cū dicit. Si custodierint filij tui testamentū meū ꝛc. ꝛ exponat̄ sic in postil. Nec ẽ necessarium q̄ ista includant̄ ꝙ iuramẽto supradicto: ß solū fuit successio xp̄i ꝙ iuramẽto ꝛ sine aliq̄ ꝙditõne ꝑut dictū est valleta. Illud aũt qđ sequit. Si custodierint filij tui: ẽ ꝙditõnaliter: vtz in lr̄a. Conseqnt̄ sexto ne q̄s putaret q̄ cãpacipalis hⁱ⁹ iurate ꝑmissionis fuisset meritū ipsi⁹ dauid eo q̄ diuerat. Propter dauid seruū tuū ꝛc. idcirco cãz verã hmõi reddit dr. Cm̄ elegit dñs syõ ꝛc. Ad quod dicendū q̄ ꝓncipalis cã hmõi ꝑmissionis facte ꝛ iurate ipsi dauid nõ ẽ dicenda denotio dauid ꝛ hmõi. Sic em̄ dic apl's ad Ro. viij.ca. Nõ sunt ꝙdigne passiones hⁱ⁹ seculi ad futurã gloriã q̄ revelabit̄ in nob. Pari rõne dicendū ẽ q̄ nõ sunt cõdigne ozones ꝛ merita sanctoz ad ß vt deⁱ⁹ tantū bñficium iureturãdo hũano generi ꝑmisisset: ß ß ꝓphie ꝛ principali ter ꝓcessit ex dina liberalitate: ꝛ ideo dic. Cm̄ elegit dñs syõ electio em̄ vt dr. iij. ethi. libertatẽ importat: vñ qz deⁱ⁹ elegit syon. i. eccl̄am cuⁱ⁹ figura erat syon illa mãlis. q̄ quidẽ electio non solũ fuit ad diuina rñsa ibi danda ꝛ hmõi. nec ad sacrificia legalia ibi offerẽda. qz ista in ꝯplurimis alijs locis fuerit facta. vtz in decursu scripture sacre: ß hec electio fuit ꝓncipalr ad ß vt in ea deⁱ⁹ habitaret. s. p carnis assumptionẽ: vñ subdit. Elegit eaz in habitatõnez sibi: sm̄ illud Job.j. Et habitauit in nob. Et nota q̄ bis dixit elegit. scilicet syon: ꝛ elegit eã in habitatõez. forte ad denotandũ duplicẽ electõnez illiⁱ⁹ syon. primã. s. minⁱ⁹ principalẽ q̄ ptinebat ad cultũ diuini ve. testa. ibidẽ celebratã. scõam̄ vo scilz principalẽ ad inhabitatõez diuinitat̄ s. dictã. q̄ est electio potior ꝛ dignior. Et vt amplⁱ⁹ declaret q̄ ß habitatio erat inseparabilis ꝛ ineternū duratura: ideo sbdit. Hec reqes mea in seculū seculi. s. ineternū q̄ nõ põt intelligi de ꝛrena syõ q̄ sepe fuit ꝛ ẽ eversa: ꝛ sequit. Hic habitabo qm̄ elegi eaz scz nõ ex merit̄ principalr: ß electõe: vt dictū est. Conse ꝙnter septio qz habitatio xp̄i in eccl̄a p̄nti sm̄ nām assumptã in ꝓpria effigie nõ duranit in eccl̄a militãte nisi vsq̄ ad ascensionẽ. posset qs obijcẽ ꝛ ß qđ dr. Hec reqes mea i seculũ seculi. ß habitabo qm̄ elegi eã. dicẽs q̄ nõ habitauit xp̄c in eccl̄a ꝓpetue sm̄ nām assumptã: ideo subdit. Vidua ei⁹ bñdicẽs bñdicã: circa qđ notãter attẽdẽdũ ẽ q̄ vbi trãslatio nr̄a hz vidua hebraica lr̄a hz ceda. qđ nullo mõ significat viduã. ß ꝓphie significat escã. ꝛ spãlit illã q̄ dat viatoribus ꝙ modũ viatici cibi. vñ oino ꝙsimilis dictio hr̄ Gen. xlij.c. vbi dr. Datisq̄ supra cibarijs in via: vbi em̄ nos habem⁹ cibarijs in via. hebraica lr̄a hz ceda: Sic̄r Job.xxxviij.c. vbi dr. Quis pauit corno escã suã vbi li escã suã significat ꝙ silem dictõez. s. ceda: vñ sm̄ veritatẽ hebraicã sens⁹ h⁹ est: q̄ deⁱ⁹ ꝑmittebat se bñdictur⁹ escã eccl̄e viaticã qđ ꝓphie significat sacr̄m eucharistie de q̄ fideles xp̄i. s. pauperes spũ saturant̄: ꝛ ideo subdit. Pauper ei⁹ saturabo paib⁹ ꝛ iuxta illud ps. Edẽt pauper ꝛ saturabunt̄. Et sic ꝓstat q̄ ꝙ dictũ sacr̄m xp̄c ꝓpetuo habitat in eccl̄a. Ad qđ vno mõ applicat illud. Ego aũt vobiscũ sum vsq̄ ad ꝓsummationẽ seculi Matb. vl. Et nota q̄ Ra. abenhazra exponẽs illud vbũ scz ceda eiⁱ⁹ bñdicẽs bñdicã sic dic: ceda significat idẽ q̄ cibaria ad viã: ꝛ est sensus q̄ bñdictio inueniret̄ i cibo quẽ transeũtes ꝙ viã portarẽt de syon. Hec ille. In q̄bus vbis iste Ra. manifeste ꝓphauit ꝙdictã expõnez lz nẽ sciens. Conseqnt̄ octauo declarat excellentiã mistrozuz h⁹ sacri cũ dicit. Sacerdotes eiⁱ⁹ induã salutari: vbi notanda ẽ dicta int̄ hmõi sacerdotes ꝛ illos qb⁹ paulo ante in hoc ps̄. dixerat. Sacerdotes tui induant̄ iustitia: illi em̄ erant sacerdotes vete. legis q̄ corã archa federis mistrabãt: vñ cum dixisset. Tu ꝛ archa sctificatõis tue: stati subdit. Sacerdotes tui indnant̄ iustitia: q̄ qdẽ sacerdotes indui dicunt iustitiã: eo q̄ fide iustificabant̄. Iust⁹ ei i sua fide viuit abac. ij.c. isti vo sacerdotes de qb⁹ ß loco loquit si no. te. q̄ paucitatⁱ⁹ spũ panes mistrabãt qbus saturant̄ q̄ qdẽ sacerdotes nõ solũ iustitia induunt̄: ß etiã salutari. sal⁹ ei nunq̄ fuit data aut ꝑmissa nisi ꝙ xp̄m. de q̄ Mat.j.c. Ipse ei salvũ fa. po. su. a pctis eoz: sic̄r de ꝑmissis dixerat. Et sancti tui exultabũt: de istis vo dicit. Exultatõe exultabũt: duplicãs exultatõez vt intelligat̄ maior seu pfectior exultatio. Cõsequnt̄ ꝙnter nono declarat duo maxie attẽdẽda circa ß sacr̄m: ꝛ ß cũ dicit. Illuc ꝑducã cor. dõ paui lucernã xp̄o meo: circq̄ notãdũ q̄ int̄ multa ineffabilia que i sacro eucharistie p̄nt ꝓsiderari duo st maxie attẽdẽda: q̄ꝛvnũ ẽ ptãs institutis. s. xp̄i: ꝛ de ß dicit. Illuc ꝑducã cornu dõ: cornu em̄ i scpturꝫ significat eminẽtẽ potentiã vt ibi. Exultabunt cornua iusti. Sz ꝓstat q̄ ß sacr̄m nõ nisi ꝙ potẽtiã xp̄i infinitã ꝑducit̄ i effectu: ꝛ ideo dicit. Illuc. i. i eccl̄a de q̄ loq̄t. Producã cornu dõ. i. ꝑducã potẽtiã dõ infinitã i effectu. s. mõ ꝓdicto. Scõz ꝓsiderãdũ ẽ circa ß sacr̄m vtilitas eccl̄e cui ꝓcessum fuit: ꝛ de ß dicit. Parauī lucernã xp̄o meo. Pro q̄ sciendũ q̄ vtilitas hⁱ⁹ sacr̄i in eccl̄a ꝓcipue cõsistit in ß q̄ deus q̄ invisibilis ẽ visibilr a nob cogñscat vt sic in eiⁱ⁹ amorem transformemur: qđ vtiq̄ fit ꝙ lucẽ diuinaz oculis nostris mentalibus infusam: vñ eccl̄esia in ꝓfatõne cantat. Per incarnati verbi mysterũ noua nr̄e mentis ocul⁹ lux tue claritatis infulsit: vt dum visibiliter deuz cognoscim⁹ ꝙ hũc in invisibiliũ amorẽ rapiamur. ꝓpter qđ in hui⁹ sacramenti mysterio ꝓphie dr̄ q̄ deus parauit lucernam xp̄o suo. s. lumen diuinũ infusum in mentib⁹ digne sumẽtibus q̄ xp̄m invisibilez sub visibili sacro exñtem cogñscim⁹ ꝙ fidem ꝛ ꝙ charitatẽ amamus: qđ aũt allegat postil. de ß qđ dr. iij. Reg.xj. Filio aũt eius dabo vnũ tribũ: vt ꝛ remanẽat lucerna dõ seruo meo ꝛc. in hebraica veritate nõ dr̄ i illo loco lucerna ß nouale: vt ibidẽ fuit dictuz in additõne.

Et nota q̄ istis vbis ps̄. s. producã cornu dauid. et parauī lucernã xp̄o meo: in ꝓpria forma vtunt̄ hebrei i suis oronib⁹ vbi solẽniter petut aduentũ sui messie inaniter spectati sic dicentes. Producas cornu dauid xp̄i tui: ei para lucernã xp̄o tuo: ex quo patet manifeste q̄ ista verba intelligunt̄ dicta fuisse de vero messia ñ de salomõe. Cõsequnt̄ decimo qz multi infideles seu heretici non capiẽtes ß mi-

sterijs credunt de hoc confundere fideles dicẽtes eos in ꝑ sacro idolatrare. idcirco. ps. p oppositũ dic̃. Inimicos eiꝰ induã confusione. iuxta illud Iere. xvij. c. Confundant q̃ me ꝓsequũtur. ꝛ nõ confundar ego. ꝛ merito sicut sacerdotes xpi induuntur salutari. ita inimici eius indui debẽt cõfusione. Conseq̃nter vndecimo dicit. Sup ipm autez efflorebit sanctificatio mea. Vbi est attẽte notandũ q̃ vbi translatio nra dicit. Sctificatio mea. i hebraica veritate habet nyzro. Pro cuiꝰ declaratõe sciendũ q̃ in veteri lege illi q̃ erant cõsecrati ꝛ sanctificatiꝫ certũ votũ sic vt sepeuntur ab imundis contagionibꝰ plus ꝙ ceteri de ppl̃o ꝛ quedã alia obseruarent dicebant nazarei. vt ptz Nume. vj. c. que q̃dez cõsecratio seu sanctificatio abstractiue sumpta nazareitas in lingua latina dicenda est. in hebreo vo talis significatio abstracta dr̃. nazarus. si aũt referat ad habentẽ illaz cõsecratõem tunc in hebreo dr̃ nizro. qõ significat idez qõ cõsecratio sua vl nazareitas sua. put in p̃dicto. c. Nũe. vj. pluries ponit talis dictio. s. nizro sub hac significatõne ꝛ forma. vnde in ꝓposito idẽ est dicere. Sup ipm aũt efflorebit nyzro et dicere. Super ipsum autem efflorebit nazareitas sua seu consecratio sua quod pertinet ad xpm qui maxie fuit a cõtagijs peccati immunis. ꝛ deo singularissime ꝓsecratꝰ. ꝛ sic q excellentiaz est nazareus. vñ ex hac auctoritate ꝓprie iuxta veritatẽ lre hebraice acceptã xps fuit ꝓphetice a dauid nazareus vocatus tanꝙ hñs nazareitatez. vt dictũ est. vñ qõ legit Mat. ij. de xpo. vt impleret qõ dctm̃ est. q̃ nazareꝰ vocabit. ad istã auctoritatẽ est referendũ nusq̃ eꝫ legit in ꝓpheticis scripturis. q̃ xpus nazareꝰ vocaret nisi tm̃ in hoc loco. Et postilla. ibidẽ ꝫ nitit fundare in dictis Esaie vbi dr̃. Et necet ꝺ radicibꝰ eiꝰ ascẽdet: qõ etiã ponit in glo. nõ videt valere. nã necer scribit cũ lra. c. nezer vo cũ z inter quas dictões est magna dria tã in ꝓferendo ꝙ in significando. Nõ eꝫ xps vocat ab euãgelista nacareus. ꝫ nazareꝰ. Judei vo xpm in suis scripturis mẽdaciter improperãtes cõiter vocãt cũ nacareũ ad excludẽdũ ab eo nazareitatẽ. que significat cõsecratõez ꝛ sanctificationẽ. vt dictũ est qõ absit a veris catholicis. Dicit aũt fm glo. florere sanctificatio xpi seu nazareitas inq̃ntum in eo solũ est ptãs sanctificatõis actiua. ipe eꝫ solus sanctificat seu nazareos facit. iuxta illud qõ in ꝑsona dei legit amos ij. c. Suscitaui de iuuenibꝰ vestris nazareos. Replica.

Ten ps. Memẽto dñe dauid Burg. putat incouenienter exponi de salomone illud ps. Nõ auertas faciẽ xpi tui ex debili motiuo. Id qõ dici pt. q̃ i hac expositõe intelligendũ ẽ in lra poni genitiuũ ꝑ ablatiuo more grecoꝝ. ꝛ sic est sensus. Nõ auertas faciẽ a xpo tuo. scz salomone. sic est ꝓpria. Nec est illa expositio noua vel ficta. q̃ mgr̃ in glo. sup illo ps. Purgatũ terre purgatum septuplũ. dic̃. ponitur gtũs ꝑ ablto more grecoꝝ. ꝛ sic sensus est. Purgatũ terre. i. purgatũ a terra. Et cũ postill. dic̃ hic aliquos de ppl̃o habuisse opinionẽ de dauid q̃ nõ eẽt deo gratus nec peccata adulterij vel homicidij dimissa. Burg. dicit ꝫ nõ esse vez ꝙ ꝓcipitãter dictũ est ꝑ burgeñ. q̃ ipe sibi infra circa. ps. Nũe ꝓbasti. cõtrodicit sic dicẽs. Dauid ꝓtunc se sciuit esse in gr̃a. lz apud plurimos crederet ipi dauid nõ fuisse pctã dimissa. put supra in ps. tercio dicebat. Multi dicũt aie mee nõ est salus illi in deo eiꝰ. ꝫ Burg. vbi vr̃ duplex cõtradictio. vna de illa hoim opinione. alia de loci allegati expositõe. q̃. ps. iij. ꝺ quo sumpsit allegatõez supra exponit de xpo volens q̃ de dauid iste ps totalit ñ possit exponi. ꝫ euz adducit q̃si de dauid exponẽdũ. Nec valet illud qõ inducit burg. ad sic dicendũ in hoc loco q̃ vicz dauid deũ placabat. put hr̃. ij. Reg. vl. Nam illa placatio ptinebat solũ ad casum numeratõis ppl̃i. vtz ibi in lra iuncta glo. vñ ppl̃s scire nõ potuit deũ ipi dauid placatũ q̃ ad pctã priora. psertim q̃ vindicta illoꝝ nõ pertinebat ad solũ dauid ꝫ ad oẽz domũ eius put dr̃. ij. Re. xij. Non recedet a domo tua gladius vsq̃ in sempiternuz Esto igr̃ q̃ pctã dauid erant abolita quo ad culpã non tm̃ quo ad vindictã ꝛ penaz. q̃ illa debebat manere in domo eius in sempiternũ. Cum aũt videret ois ppl̃s in delatiõe arche ꝛ templi dedicatõe illa magnã signa clemẽtie de q̃ bus. iij. Reg. dicit. tunc primo populus omnis receperit contrariũ opinionis prius habite ex cõminatõne pene dicte taxate. ij. Reg. xij. Nec in placatõe dauid. ꝺ qua. ij. Regũ. vlti. prout allegat burg. omñis israel fuit presens. sicut i isto facto dedicatõis templi. Potuit igitur dauid gratam oblatõem deo facere existens in gratia non tamẽ absolut⁹ a pena put supra tactũ est. q̃ idez tollit q̃ burg. post obijcit q̃ videlicet inconueniens videtur si populus habuisset talem opinionẽ q̃ salomon fuisset in regnũ assumptus ꝛ sic illud adulteriũ nõ fuisset ei obiectũ. tum q̃ assumptio salomonis fuit de voluntate dei. tum de voluntate patris adhuc vinẽtis quibus non erat resistendus Nec iuste salomoni fuisset obiectum adulteriũ. q̃ ipse fuit legittimus filius dauid. frater autẽ eius ex adulterio natus fuit mortuus. vt ps. ij. Reg. xij. Nec sine periculo fuisset ex opinione populi aliquid fedtatis obijcere regi. Sed ꝛ burg. vlterius obijciendo dicit valde ingõueniẽs deũ interponere iuramentũ in re caduca qualiter hic exponit postil. de successione salomonis in regno. Id quod dico. Deus iurauit patribus sup adeptõe terre promisse. Deut. xxxiij. Et in pluribꝰ alijs locis. Et siquis dixerit q̃ illa promissio cũ iuramento principaliter respiciebat terrã viuentiũ. ita dico in ꝓposito q̃ istud iuramentũ de salomone ad lraz principaliter respicit regnũ xpi cuiꝰ nõ erit finis verũtamẽ burg. immemoꝝ fuit scripturarũ qñ voluit sic dicere. Nam iurauit deus ad ysaac ps. cv. Jurauit deꝰ sup desolatione regni indee. Iere. xxij. ꝛ xliij. ꝛ lij. Et generaliter notandũ q̃ pro cõcordantia finali q̃ postil. exponit hunc ps. de dauid ꝛ salomone tanꝙ de figura deficiente xpm. Burg. autem de xpo tanꝙ figurato fm modũ dictũ circa psal. Dixi custodiã. ꝛ circa ps. Laudate pueri.

Canticum graduum ipsi dauid. cxxxij.

a Ecce ꝙbonũ ꝛ ꝙiocũdum hitare frẽs i vnũ
b Sic vnguẽtũ in capite: qõ
c descẽdit in barbã barbam
d aaron. Quod descendit in
e oꝛã vestimẽti eiꝰ sicut ros
f
g

Ecce ꝙbonũ. Hunc ps. ꝑmittit talis (Ps. cxxxij.) actoꝛ huius psal. De materia vo eiꝰ dicũt expositores cõiter q̃ loq̃t de vnitate populi israel adinuicẽ ꝑ charitatem sub vno rege ꝛ sub cultu vniꝰ dei. de q̃bus factꝰ fuerat sermo ps. precedenti. Et fm hoc dicit dauid. a Ecce ꝙ bonũ ꝛ q̃iocundũ. i. valde bonũ ꝛ valde delectabile. s.
b Hitare frẽs. i. filios israel qui dicunt frẽs ꝓpter vnitatem
cultꝰ diuini. vñ dr̃ Deu. xxiij. Non fenerabis fratri tuo ad
vsurã. i. iudeo ꝫ alieno. i. gentili. c In vnũ. ꝑ concordiaz
charitatis sub vna lege ꝛ sub vno rege. Id hoc adducit duplex exemplũ. Primũ est de vnguẽto vñ cõsecrabat summus sacerdos q̃ erat valde ꝑciosum redolẽs ꝛ suaue cum
dr̃. ꝺ Sicut vnguentuz in capite. s. summi sacerdotis.
Dicit eñ Exa. sa. q̃ vnctio illa fiebat cũ digito consecrãtis
intincto vnguẽto. q̃ digitꝰ ꝓmo applicabat capiti ipiꝰ consecrãdi. ꝛ trahebat versus palpebras ex vtraq̃ ꝑte. ꝛ sic descẽdebat versus barbaz ideo subdit. e Quod descẽdit
in barbã non cuiuscũq̃ ꝫ. f Barbam aaron. i. summi
sacerdotis tm̃ ab aaron descẽdentis. Alij eñ miozes sacerdotes nõ consecrabant ꝑ talẽ vnctõnem. sic dictũ fuit plenius Exo. xix. ꝛ Leui. viij. g Nõ descẽdit i oꝛã vestimenti
eiꝰ. hebrei dicũt. Nz descẽdit sup vestimentoꝝ os eiꝰ. ꝛ est
istud de versu ꝓcedẽti ꝛ refert ad barbã summi sacerdotis
q̃ descẽdabat sup oꝛam supioꝛez tunice hiacynthine ꝛ sup
humerali q̃ oꝛa dr̃ os vestimẽti. ꝛ iõ ptz q̃ cũ dr̃ in trãslatio
perioꝛ. Et referẽda ẽ snia huiꝰ vsus ad ꝓcedentẽ. vt sit sensus. Sicut vnguentũ tale est valde redolẽs ꝛ suaue sic habitare frẽs in vnũ mõ ꝓdicto est valde bonũ h Sic ros
hermon. ꝫ est pncipiũ tercij vsus ꝛ vltimi huius ps. vbi
ponitur fm exemplum ad ꝓpositum de descensu roꝛis

qui est valde suauis ⁊ bonus terrenascētibus: ita sit̄ valde bonū est habitare fratres in vnū ⁊ c̄tum ad hoc dicit.
b Sicut ros hermon.i.descendens in montē hermon.q̄ mons est fructuosus ⁊ pascualis virtute roris ibi descendentis. i Qui descen.in mon.syon.nō est intelligendū q̄ idem ros numero de monte hermō descendat sup̄ montem syon. tum quia vn⁹ mons multū distat ab alio: tuz quia mons hermon ē demissior c̄ sit mons syon. ꝓpter ꝫ dicit̄ modicus ℈. ps̄. xlij. De terra iordanis ⁊ hermonij a monte modico ꝫ idem ros spē et in q̄litate suauitatis ⁊ fecunditatis descendit sup̄ vtrūq; montē: ⁊ sic est sensus q̄ sicut ros descendēs in montē hermō ⁊ ros descēdens in montem syon sunt valde boni: sic etiaz habitatio fratrū ꝫ supradicto ē valde bona. ⁊ q̄ sit rōnabile talē rorem in montē syon descendē oñdit cum subdit. k Qm̄ illic mandauit dñs bñdictōez.i.in monte syon vbi erat tē plū ⁊ sacerdotes bñdicebāt pplm̄. l Et vitaz. in hebreo habet. Bñdictōez vite: q̄ sacerdotes bñdicentes impetrabāt: pplo bona tpalia ⁊ spūalia q̄bus ꝓtinuāt ⁊ pseruatur vita corpis ⁊ aie. Et eandem sniam importat translatio cōmunis q̄ hz. Et vitā vsq; in seculū: vt pz de se.
C In ps̄.cxxxij. Ecce q̄ bonū. vbi dicit in postilla. De materia vero huius. Additio.

Quia in ps̄. p̄cedēti principal̄r de regno xp̄i in sede dauid positi factus fuit sermo: ideo in p̄nti ps̄. agit de vnitate ppli xp̄iani p charitatē ꝫ hmōi rē xp̄o iuxta illud. Oñs frēs sum⁹ in xp̄o. s. p vnitatē fidei et charitatis. Ad q̄ inducit duo exempla. primū scz de vnguento q̄ descendit in capite aaron ⁊c. Pro q̄ sciendum q̄ hoc exemplū inducit nō solū ꝓpter redolentiā ⁊ suauitatē vnguenti: ꝫ q̄ nomiauerat xp̄m q̄ intelligit vnctus. ne forte q̄s putaret q̄ vnctio xp̄i esset tm̄ regia: sic fuit vnctio ipsius dauid: cui⁹ sedes data est xp̄o. idcirco ostēdit q̄ vnctio xp̄i nō solum est regia: ꝫ etiā sacerdotalis: ⁊ cum hoc dicit. Sicut vngentū in capite aaron: licet em̄ nō equiparet sacerdotiū aaron momentaneū sacerdotio xp̄i eterno. ꝓpter tm̄ similitudinem arte q̄ modū exempli. In ꝫ aūt q̄ dr̄ de vnguento aaron. q̄ descendit in barbam barbā aaron: ⁊ in oram vestimēti ei⁹: dat intelligi q̄ vnctio xp̄i capitaliq̄ est plenitudo gre ei⁹ deriuat in barbā scz in fortes ⁊ strenuos sibi cōiunctos. i. apl̄os q̄ viriliter tanq̄ barbati p̄ssuras sustinuerūt. p xp̄o sic̄ ⁊ q̄ vestes intelligenda est eccl̄ia q̄ significat q̄ tunicaz inc̄sutilem xp̄i. tota em̄ gr̄a membroz eccie q̄ p vnctiōez designat a plenitudine gre xp̄i derivatiue descendit: vñ Joh. j. De plenitudine ei⁹ oēs nos accepimus. Sc̄m ꝺo exemplū. Sicut ros hermon: inducit etiā ad excludēdum errorē q̄ posset cōtingere ex ꝫ exemplo. posset em̄ q̄s putare q̄ vnctio xp̄i esset aliq̄liter p humanaz industriam seu obsequiū ministrata sicut vnctio ipsius aaron q̄ celebrata fuit p moysen: vt Exo. xxx. ca. ad q̄ excludendum dicit. Sicut ros hermō ⁊c. Ros em̄ q̄ terra fecundat nō p opus humanum: ꝫ celit⁹ infundit. vñ Michee. v. Quasi ros a dño q̄si stille sup̄ herbā: q̄ nō expectāt virū non p̄sto nec filios hoim̄. Cetera aūt exponant̄: vt in postil. reducendo ad hūc ꝓpositū ⁊c.

Ecce nūc bñdicite. Hunc ps̄. p̄mittit tal̄r. i. heb. Cāticū graduū ⁊ pz sua ex s̄. dicti. De mā ꝺo h⁹ ps̄. laudē dei cū dr̄. a Ecce nūc be.⁊c. i. vos sacerdotes ⁊ leuite q̄ ad diuinū obsequiū est̄ deo electi: ꝓpter hoc subdit

Psal. cxxxiij.

i hermon: qui descēdit i mō
k tem syon. Quoniam illic
l mandauit dominus bene-
dictōnem: ⁊ vitam vsq; in
seculum.

Cānticū graduū. cxxxiij.

Ecce nunc benedicite
domino omnes serui

b domini. Qui statis in do-
c mo domini in atrijs dom⁹
d dei nostri. In noctibus ex
tollite manus vestras i sā-
e f cta: ⁊ benedicite dominuz
f Benedicat te dominus ex
g syō qui fecit celum ⁊ terrā.

dom⁹ dei nr̄i. ⁊ q̄z in atrijs ⁊ ꝫpe atria erāt hītacula eoz vt cēnt sp̄ pati ad sua officia: ñ solū de die: ꝫ ēt de nocte: ideo sb̄dit. d In nocti. ex. ma. ve. in sctā. deuote orando vsa facie ad sctm̄ sctōz: vbi erat archa ⁊ ꝓpiciatorium. e Et bñdicite dñm. bñdictōne ꝓfessionis dine. laudis q̄ impendit maiori a sb̄ditis ⁊ ñ bñdictōne ꝓsecrationis q̄ ꝛrio mō ꝛpendit. s. inferioribus a superiori de q̄ dr̄ heb. vij. Sine vlla ꝺdictione qđ min⁹ ē a melliori bñdicit. Consequenter p̄s. posteaq̄ seruos dei ad dei laudē inuitauerat eisdē bñdictōez dei optat dicēs. f Bñdicat te dñs ex syon. i. ex tēplo qđ est in monte syon in quo templo erat ꝓpiciatorium vbi dabant̄ diuina rēsa: ⁊ inde ꝓcedebat ꝓpiciatio ⁊ benedictio diuina ⁊ dicit. f Bñdicat te. in singulari. q̄z in principio p̄s. dixerat q̄ deberent esse vnū ꝓcordia charitatis. g Qui fecit celū ⁊ terrā. hoc dr̄ ad excludendū manicheū errorem q̄ dicūt inferiora a dyabolo esse creata. Ultio circa quindecim psalmos graduū ꝺdictos ponēda ē quedam breuis expositio mystica ad dandū occasionē vlteriꝰ meditandi magz deuotis. Ad cui⁹ intellectū sciendum q̄ macrobi⁹ sup̄ somnū scipionis distinguit virtutes i politicas purgatorias purgati animi: ⁊ exemplares. exēplares ꝺo ponit in deo inc̄tum in eo sunt exemplaria omnium ⁊ p̄ ꝑs virtutū: ⁊ ideo de istis nihil ad ꝓpositum: q̄z hic agit de virtutib⁹ put pficiūt status hoim̄. Virtutes autez a bonis habent̄ dupl̄r. vno mō cōi ⁊ humano: ⁊ sic dicunt virtutes politice. q̄z hō est aial politicū. Alio mō excellenter quasi mō diuino. ⁊ tales virtutes a plō vocant heroice siue dine. vij. ethi. Hūc aūt modū habendi virtutes distinguit macrobius in duos. Dnus est put hō est in tēdentia ad talē pfectōnem diuinā: ⁊ sic dicunt virtutes purgatorie. Alius modus est put hō iam assecut⁹ est terminū dicte tendentie quantū pōt haberi in p̄nti vita. et sm̄ ꝺ dicunt virtutes purgati animi. Hec aūt distinctio virtutū in tribus gradib⁹ sub alijs verbis ponit a catholicis doctoribus sm̄ tres gradus hoim̄ vel pot⁹ in statu hominū: p̄ut gradatim tendūt ad pfectōnem. ita q̄ p̄im⁹ gradus est incipientiū. scōs pficientiū. tercī⁹ puenientiū seu pfectoz̄ ⁊ tangunt in trib⁹ q̄narijs q̄ndecim p̄s. graduū. Igit circa p̄imū q̄nariū in q̄ tangit pfectio incipientiū ꝑsiderandū q̄ incipiēs aggredi statū virtutis patit difficultatē ⁊ turbationē pp̄ resistentiā passionū sensitiue ptis ita q̄ ei⁹ ꝓantia magz ē dicenda ꝓtinētia q̄ cū difficultate tenet se ꝫ passiones: ⁊ sic dr̄ dōm de alijs trib⁹ virtutib⁹ cardinalib⁹: q̄ de ficiūt sm̄ suū modum a pfectōne virtutis. ꝓpt̄ qđ necesse hz recurrere ad diuinū auxiliū implorandum: ⁊ sm̄ ꝺ dr̄ in p̄ ps̄. Ad dñm cū tribularer clamaui ⁊c. Scdo ex ꝺ vlteri⁹ ꝓcipit quandā fiduciā bñdi cū diuino auxilio de passionibus triūphū: ⁊ c̄tum ad ꝺ dr̄ in p̄ ps̄. scdo. Leuaui oculos meos in mōtes vnd̄ veniet auxiliū meū ⁊c. Tercio ex ꝺ vlteri⁹ ꝓcipit spez deueniēdi ad deū debite colendū passionib⁹ q̄etaz. iō dr̄ tercio p̄s. Letat⁹ sum in his q̄ dicta. ⁊c. Quarto ex hoc vlteri⁹ ꝓcipit spem reportandi celeste p̄miū ex dicto obsequio: ⁊ sm̄ ꝺ dr̄. iiij. p̄s. Ad te leua. oculos meos q̄ habitas in celis. Ecce sicut oculi seruoz in manibus dñoz suoz: s. ad recipiendū mercedē ab eis. Ita oculi nr̄i ⁊c. Quint⁹ grad⁹ ē vt de inchoata pfectōne sm̄ ꝺicta hō nō gloriet̄ ꝫ totū attribuat diuie gre ⁊ sibi nihil. sm̄ dictū saluatoris Ju. xvij. Cū oia fecerit̄ q̄ ꝓcepta sūt vob dicite. Serui inutiles sum⁹: ⁊ sm̄ ꝺ dr̄ in q̄nto p̄s. Nisi q̄z dñs. Circa sm̄ q̄nariū in q̄ describit stat⁹ pficientiū. p̄im⁹ grad⁹ ē q̄ sedat̄ iam passionib⁹ p exercitiū virtutis ꝓficiat de stabilitate in bono cū dei adiutorio pp̄ qđ dr̄ in p̄ psal.

Qui cōfidūt in dño sicut mons syon ꝛc. Scōs gradus est vt liberatus a passionib⁹ ipm primus vt captiuū detinētib⁹ ad pcipiendū diuinas cōsolatōes assurgat. ꝓpter qō in secūdo psal. dr. Inconuertēdo dñs captiuitatē syon facti sumus sicut cōsolati. Tercius gradus est vt pfectōez in qua cū dei adiutorio iaz ꝓfecit ad alios deriuet q ꝓxi edificatōnez. in q̄ scit se nihil posse agere sine dei assistētia speciali. ꝓpter qō dr in. iij. ps. Nisi dñs edificauerit domū ꝛc. Quartus gradus ē. vt ex edificatōe ꝓmoꝝ sumptus debitos ñ requirat. ꝫ grat⁹ im pēdat. Sm q dic apostol⁹. ij. thesa. iij. Nocte ꝛ die opātes ne quē vr̄m grauarem⁹. nō q̄si non habuerim⁹ ptātem. ꝫ vt nosmetipos formā darem⁹ vobis ad imitandū nos ꝛ ꝓpter ℟ in q̄rto ps. dr. Beati oēs q timēt dñm q ambulāt in vijs eius. gratis exēplo ꝛ vbo ꝓmū edificādo. lō subdit. Labores manuū tuaꝝ māducabis. beatus es ꝛc. Quintus gradus est vt ꝓpter tribulatōez insurgentē a pdictis bonis opibus non desistat. lō subdit in. v. psal. Sepe expugnauerunt me a iuuētute mea ꝛc. Circa tercū quinariū in quo describit stat⁹ pfectoꝝ considerandū q sicut dr Jaco. j. Patiētia opus pfectū hz. Patiētia vo hr in duplici gradu. pim⁹ est q hō tribulatōes patient sustinet. ꝛ ꝓpter eas a bono ope nō desistit. ꝛ hic ē vltim⁹ gradus pcedētis q̄narij vt dcm est. Scōs q̄ est altior ꝛ vbi incipit tercius quinarius est qñ nō solū hō psecutiones patient tolerat. ꝫ etiā psecutorib⁹ bonum optat ꝓ eis orando exēplo xpi in cruce dicētis Lu. xxiij. Pater ignosce illis. qz nesciūt qd faciūt. ꝛ ꝓpter ℟ dr in pmo psal. De ꝓfundis clamaui ad te dñe. i. de ꝓfundo tribulatōis orādo etiā ꝓ inimicis. vñ subdit. Si iniq̄tatis obseruaueris domine ꝛc. ꝛ qz ex tāta pfectōe habita defacili insurgit aliqs motus saltē leuis ꝓprie elatōis diabolo instigāte q̄ insidiatur hoibus pfectis. lō scōs gradus est vt ex pfectōe habita nullus motus elatōis surgat interius. nec aliquod signū appeat exterius. lō subdit psal. ij. Dñe nō est exaltatus cor m eū neq̄ elati sunt oculi mei ꝛc. Tercius aūt gradus est vt hō q̄cquid est cordis ꝛ opis applicet ꝓ votū diuinis obsequijs. lō dr. xij. psal. Memento dñe dauid ꝛ ois mansuetudinis ei⁹. Sicut iurauit dño votū vouit deo iacob ꝛc. ꝛ qz charitas est vinculū pfectōnis sm q dr. Col. iij. ꝛ lō q̄rtus gradus est vt hō sit in charitate pfectus sm modū qui traditur Act. iij. Multitudinis credentiū erat cor vnum ꝛ aīa vna ꝛ ꝓpter ℟ dicit in. iiij. psal. Ecce q̄ bonū ꝛ q̄ iocūdū habitare fratres in vnū ꝛc. Quintus gradus est q hō ex pfectōe charitatis q̄ntuz possibile est obliuiscat hui⁹ seculi ꝛ occupet in diuinis laudib⁹ quasi mēte habitās i ciuitate celesti. sm illud Phil. iij. Nostra conuersatio in celis ē. ꝛ ꝓpter ℟ dr psal. v. Ecce nūc benedicite dñm oēs serui dñi. Qui statis in domo dñi ꝛc. In. psal. cxxxiij. Ecce nūc bñdcite dñz. vbi dr i postil. In noctib⁹ extollite ꝛc.

